

PALAESTRA

LATINA



ANN. XXXVII (Fasc. II) - N. 198

M. JUNIO - A. MCMLXVII

PALAESTRA LATINA

Trimestres litterarum latinarum commentarii CAESARAUGUSTAE edendi

PRETIIUM MITTATUR OPORTET AD ADMINISTRATOREM:

San Antonio M.^a Claret, 37 - ZARAGOZA

vel ad Procuratores singularum nationum

Scripta ad Moderatorem: P. M. Molinam, C. M. F. - ALAGON (Zaragoza)

Constat in Hispania et America Hispanica: 80 pesetas; in Gallia: 10 francis; in Italia: 1.200 libellis; in Germania: 8 marcis; in Anglia: 15 solidis; in reliquis civitatibus, 2 doll.ribus

Depósito legal Z. 191.-1966

Editur Ordinarii et Superiorum permissu

INDEX

ANN. XXXVII (Fasc. II) N. 198

M. JUNIO - A. MCMLXVII

J. JIMÉNEZ DELGADO, C. M. F., <i>Quam clara fuerit vita et scriptis Senecae gloria</i> ...	49
R. SARMIENTO, C. M. F., <i>Mare Parvum - Monstrum, horrendum, ingens</i> ...	55
J. M. MIR, C. M. F., <i>Scribe latine - Del nacimiento de Nuestro Señor</i> ...	61
CAELESTIS EICHENSEER, O. S. B., <i>Nomina geographica</i> ...	71
BIBLIOGRAPHIA, Aramendía, Molina, Aspa, Beltrán, C. Latorre ...	83

P A L A E S T R A L A T I N A
L I T T E R A R U M L A T I N A R U M C O M M E N T A R I I
A S O C I I S C L A R E T I A N I S E D I T I

ANN. XXXVII (FASC. II) — N. 198

M. JUNIO

A. MCMLXVII

Q U A M C L A R A F U E R I T V I T A E T S C R I P T I S
S E N E C A E G L O R I A

1. Superiore fasciculo ea praecipue attigimus, quae de Senecae vita nobilique morte, hinc illinc ejusdem aliorumque scriptorum testimonia colligentibus nobis pervenerunt; nunc autem agendum nobis est de ejus ad posteros clara memoria, sententiis et vitae exemplis consecrata, atque de ipsis operibus scriptis quae remanent, quibus aperte patebit hujus tanti viri fama qualis quantaque sit. Quae tamen, ut in prima parte disquisitionis, nunc in altera summatim perstringam.

I. *Quid posteri de Seneca senserint.*

2. Seneca, praedives et praepotens in vita, egregia morte occubuit, neque ejus memoria omnino periit, sed apud posteros gloriosa perduravit.

Atque revera sunt qui eum praedicent virum ex omni parte perfectum, nobilem eximumque magistrum, scriptorem clarissimum, omnium virtutum exemplum. Nec desunt tamen qui sordidis probbris ei post mortem obiciant eumque nobis praebent turpis adulacionis vitio infectum, ingrato animo, nimium divitiarum cupidum. Sed nihil magis a veritate alienum.

3. Etenim non fuit imprimis vanus hominum adulator. Ipse enim in *De clementia* ad Neronem:

«Diutius — inquit — morari me hic patere, non ut blandiar auribus tuis (nec enim mihi mos est; maluerim veris offendere quam placere adulando)»¹.

Et apud Tacitum, jamjam moriturus, haec referri jubet immanni principi:

«Non sibi promptum in adulacionis ingenium idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus est»².

1. SEN., *De clementia ad Neronem*, 2, 1.

2. TAC., *Ann.*, 15, 62, 2.

4. Neque amicis et sociis umquam defuit, sed gratum semper erga omnes se gessit. Hujus rei testimonium habes in opere *De consolatione* ad Helviam matrem, in *Epistulis ad Lucilium*, in aliis scriptis et documentis antiquorum scriptorum³. Unde non immerito eum Juvenalis commemorat hac ratione:

«Nemo petit, modicis quae mittebantur amicis
A Seneca, quae Piso bonus, quae Cotta solebat
Largiri; namque et titulis et fascibus olim
Major habebatur donandi gloria»⁴.

5. Fuit quidem dives et praedives, ut Tacitus⁵, Juvenalis⁶, aliquique palam fatentur; sed ejus animus semper a divitiis alienus fuit et uni sapientiae deditus; immo sapientiae desiderio ita allactus erat, ut divitias omnino comptempserit; ita enim Lucilio suo ipse aperte testatur, magistri Attali commendationes et exempla memorans:

«Ego certe —inquit— cum Attalum audirem in vitia, in errores, in mala vitae perorantem, saepe miseritus sum generis humani, et illum sublimem altioremque humano fastigio credidi... Cum coepera voluntates nostras traducere, laudare castum corpus, sobriam mensam, puram mentem, non tantum ab illicitis voluptatibus, sed etiam supervacuis, libebat circumscribere gulam et ventrem. Inde mihi quaedam permandere, Lucili; magno enim ad omnia impetu veneram. Deinde ad civitatis vitam reductus, ex bene coeptis pauca servavi. Inde ostreis boletisque in omnem vitam renuntiatum est: ...unguento abstinuimus, quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde vino caret stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus»⁷.

6. Quid vero Seneca de divitiis senserit, ipse saepe in operibus conscripsit. In opere *De consolatione* haec notatu digna palam profert:

«Animus est qui divites facit. Hic in exilia sequitur et in solitudinibus asperrimis, cum quantum satis est sustinendo corpori invenit, ipse bonis suis abundat et fruitur; pecunia ad animum nihil pertinet»⁸.

In *Epistulis ad Lucilium* semel iterumque de contemnendis divitiis agit suamque de hac re sententiam manifesto aperit. Habes hic praecipua verba:

3. Seneca enim saepe de magistris, de parentibus, de condiscipulis pie atque peramanter locutus est; ipse in aliorum commodum magnos labores impendit; ipse liberalissime largiebatur.

4. JUVEN., *Satir.*, 5, 108-11.

5. TAC., *Ann.*, 15, 64, 6.

6. JUVEN., *Satir.*, 10, 16.

7. SEN., *Epist.*, 108, 13-16.

8. SEN., *De consol. ad Helviam*, 11, 5.

«Non qui parum habet, sed qui plus cupid, pauper est»⁹.

«Hanc ergo sanam ac salubres formam vitae tenete, ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonae valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famen sedet, potio sitim extinguit, vestis arceat frigus, domus monimentum sit adversus infesta corporis... Contemnите omnia, quae supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit»¹⁰.

«Nemo cum sarcinis enatat»¹¹.

«Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget»¹².

«Abstrahunt a recto divitiae, honores, patientia et cetera, quae opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia»¹³.

«Majore tormento pecunia possidetur quam quaeritur»¹⁴.

«Nunquam parum est quod satis est, et nunquam multum est quod satis non est. Post Darium et Indos pauper est Alexander»¹⁵.

7. Hoc vero mirum est, quod Seneca, qui per longum tempus et totam fere aetatem aeger fuerat¹⁶, despctis divitiis, quibus abundabat, ipse corpus jejuniis et asperis exercitiis domuit, immo firmavit in agris sponte sua laborando; neque enim se diligentem vinearum fossorem appellare erubescit¹⁷, quod artificium suum propium aper-te in *Epistulis ad Lucilium* fatetur¹⁸. Hac ratione consilium seu propositum adimplere cupiebat, quod totiens amicis et discipulis commendaverat: naturam tamquam Deum sequi, id est, secundum natu-ram vivere, quae optima est regula morum¹⁹.

8. Atque ut melius in dies haec consilia adimpleret, cottidie apud se causam agebat et de ratione actae vitae scrutabatur, ut ipse quo-que fatetur:

«Utor hac potestate et cottidie apud me causam dico. Cum sublatum e conspectu lumen est, et conticuit uxor —moris jam mei conscientia—, totum diem mecum scrutor, factaque ac dicta mea reme-tior: nihii me abscondo, nihil transeo. Quare enim quidquam ex erro-ribus meis timeam, cum possim dicere: *Vide ne istud amplius fa-cias; nunc tibi ignosco*»²⁰.

9. SEN., *Epist.*, 2, 6.

10. SEN., *Epist.*, 8, 5.

11. SEN., *Epist.*, 22, 12.

12. SEN., *Epist.*, 14, 17.

13. SEN., *Epist.*, 81, 26.

14. SEN., *Epist.*, 115, 16.

15. SEN., *Epist.*, 119, 7.

16. SEN., *Ad Helviam*, 19, 2. Sententiam Caligulae recole, qua Senecae mortem minatus est, quam tamen sententiam postea revocavit quia spes ei erat L. An-naeum mox naturali morte esse moriturum. Tam infirma corporis valetudine

17. SEN., *Nat. Quaest.*, 3, 7, 1. utebatur!

18. SEN., *Epist.*, 112, 1.

19. SEN., *De benef.*, 4, 25, 1.

20. SEN., *De ira.*, 3, 36, 3-4.

Hac ratione ad dura et adversa parabatur firmabatque animum ad naturam quocumque sequendam, ut ipse dilecto suo Lucilio comiter et amantissime confitetur:

«Si quid credis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quae adversa videntur et dura, sic formatus sum: non pareo deo, sed assentior animo, illud, non quia necessitas, se-
quor. Nihil umquam mihi incidet, quod tristis excipiam, quod malo
vultu; nullum tributum invitus conferam»²¹.

9. Neque mirandum ergo, si tamquam exemplum et magistrum se posteris Seneca praebeat, postquam ad tantum culmen pervenerit. Ipse enim in *Epistulis* haec candide et simpliciter profert:

«Secessi non tantum ab hominibus, sed a rebus, et in primis a meis rebus; posteriorum negotium ago. Illis aliquae quae possent prodesse conscribo; salutares admonitiones... Rectum iter, quod sero cognovi et lassus errando, aliis monstro»²².

10. Quae cum ita sint, mirabimur si Tacitus, post Senecae mortem, eum «claritudine virtutum ad summum fastigium delectum» affirmet²³, et Juvenalis de eo hos versus protulerit, qui magnam ipsius laudem exprimunt?

«Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus ut dubitet Senecam praeferre Neroni»²⁴.

II. *De Senecae operibus scriptis*

24. Seneca innumera edidit opera et magni momenti. Ex iis adhuc exstant multa, sed maxima pars periit. Perierunt, exempli gratia, epigrammata, quae certo scripsisse fertur exilii tempore. Orationes etiam sive causarum actiones, quas ipse aut in senatu egit aut Principi recitandas scripsit. Deest quoque *De terrae motu liber*, quem se juvenem scripsisse testatur²⁵.

25. Remanent tamen hi qui sequuntur libri:

A) Ex operibus philosophicis, *Dialogorum libri XII*, qui his decem opusculis constant:

1.— *De providentia* ad Lucilium, in quo hanc quaestionem endare intendit: «Quare aliqua incommoda bonis viris accident, cum providentia sit».

2.— *De constantia sapientis* ad Serenum, in quo asserit nullam injuriam sapienti inferri posse, cum virtus immunis semper a vulneribus evadat.

21. SEN., *Epist.*, 96, 2.

22. SEN., *Epist.*, 8, 2.

23. TAC., *Ann.*, 15, 65, 1.

24. JUVEN., *Satir.*, 8, 211-212.

25. SEN., *Nat. Quaest.*, 6, 4.

3. — *De ira* ad fratrem Novatum, opus in tres libros divisum, in quibus agit, in primo de irae natura, in secundo de ejus origine, in tertio de mediis seu remediis quibus ira coerceri possit.

4. — *De consolatione* ad Marciam, cuius dolorem de morte filii lenire intendit.

5. — *De vita beata* ad fratrem Gallionem, in quo docet vitam beatam tantum in virtutis exercitio inveniri posse.

6. — *De otio* ad Serenum, in quo vitam privatam atque studiis dedicatam cum officiis vitae civilis consociatam defendit.

7. — *De tranquillitate animi* ad Serenum in quo hortatur amicum ut mala omnia quae in mundo eveniunt bono et aequo animo ferat.

8. — *De brevitate vitae* ad Paulinum, id est, de recta ratione impendendi tempus aetatis.

9. — *De consolatione* ad Polybium, in quo eum, qui apud Claudium magna potentia atque honore pollebat, de fratribus morte consolatur, et ex eo occasionem sumit ut de servili assentatione loquatur.

10. — *De consolatione* ad Helviam matrem, in quo maestitiam matris ob suum exilium repellere curat ejusque animum gravibus sententiis levare conatur.

Sunt et alia quattuor opera, quae ad philosophiam pertinent, id est:

11. — *De clementia ad Neronem libri III*, quorum primus tantum et pars secundi supersunt. In iis ostendit quam utilis et necessaria sit principi clementia.

12. — *De beneficiis libri VII* ad Aebutium Liberalem, in quibus de beneficiorum natura, de grata beneficiorum memoria, de diversitate, de causis ingrati animi agit sententiamque suam variis exemplis confirmat.

13. — *Naturalium quaestionum libri VII* ad Lucilium, in quibus de rebus caelestibus potissimum auctor disserit: de ignibus, de fulminibus, de grandinibus, de tempestatibus, de nivibus, de ventis, de nubibus, de terrae motibus, de stellis cet.

14. — *Epistolarum moralium libri XX* ad Lucilium, quos Seneca, senex jam et magnam partem vitae emensus multaque expertus, scripsit, ut rectum iter, quod sero et lassus errando cognoverat, Lucilio suo aliisque monstraret. Hoc opus, extremo vitae tempore scriptum, veram Senecae mentem et ultimam pendit, quod est magni momenti ad definiendam philosophicam doctrinam apud Senecam.

B) Ex operibus poeticis novem tragediae remanent, quae solae ex Romanis ad nos pervenerunt: *Hercules furens*, *Troades*, *Phoenissae*, *Medea*, *Phaedra*, *Oedipus*, *Agamemnon*, *Thyestes*, *Hercules Oetaeus*, quae omnes hae tragediae, quamquam argumentum ex tragediis Sophoclis et Euripidis desumitur, aliquid tamem novi et ipsius Senecae proprii continent, eumque verum poetam praedicant.

Fabula praetexta *Octavia*, quae Senecae tribuebatur, nullo modo

jam ei tribuenda est, cum et ipse Seneca actor in ea inducatur et Ne-
ronis more per vaticinium obumbretur, unde dubitari non potest
quin post mortem imperatoris conscripta sit.

Satura Menippea, *Apocolocyntosis* inscripta, id est, «mutatio in
cucurbitam» seu, ut in nonnullis codicibus invenimus *Divi Claudii
Apotheosis per saturam*, soluta et poetica simul oratione contexta,
huic generi etiam tribuenda est. In ea Seneca consecrationem ridet,
quam post ejus mortem senatus Claudio imperatori decreverat.

C) Alia praeterea plurima scripta adidit, quae
tractu temporis omnino aut fere omnino perierunt; ita, exempli gra-
tia: *De motu terrarum*, *De lapidum natura*, *De situ Indiae*, *De situ
et sacris Aegyptiorum*, *De forma mundi*, *De amicitia*, *De superstitione*,
De Officiis, *De remediis fortuitorum*, *De vita patris*, *De matrimonio*,
De morali philosophia, *De morte immatura* cet. Scripsit etiam *epi-
grammata* quaedam, praesertim dum in Corsica insula exul vexaba-
tur; scripsit et *orationes* sive causarum actiones ab ipso in senatu
agendas vel imperatori recitandas. Sed nihil de iis, quia omnia pe-
rierunt.

D) Senecae etiam tribuuntur opera quaedam, quae numquam ab
ipso scripta sunt, ut *Epistulae ad Sanctum Paulum*, quas omnes ho-
die optimo jure rejiciunt²⁶.

26. De Senecae scriptis quid judicandum? Splendet in eis impri-
mis quaedam mira perspicuitas et facilitas, ut ipse clare et evidenter
significet quidquid mente concipiatur. Deinde magnam doctrinae co-
piam in eis invenies, ita ut Seneca magnus philosophiae et vitae ma-
gister evaserit. De eo cum Quintiliano dicere possumus:

«Senecae et multae et magnae virtutes fuerunt, ingenium facile et
copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio...; multae in eo
claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda...; multa
probanda in eo, multa etiam admiranda sunt»²⁷.

JOSEPHUS JIMÉNEZ DELGADO, C.M.F.
In Universitate Salmanticensi Professor
SALMANTICAE (Salamanca) in Hispania

26. AUBERTIN, C., *Étude sur les rapports supposées entre Sénèque et Saint
Paul*, 1857; J. N. SEVENSTER, *Paul and Seneca*, Leiden, 1961.

27. QUINT., 10, 1, 125.

M A R E P A R V U M (1)

Vix mihi pubenti decimus defluxerat annus
Cum tenera passim umbrantur lanugine malae
Et nitet intonsus sublimi vertice crinis
Et novus effervet juvenili in pectore sanguis.
Robora cuncta vigent animi pedibusque vagari
Floricomis vegetum praegestit corpus in arvis.
Dedicera� nondum strenui mandata parentis
Detrectare puer vultusque et lumina matris;
Denissis nucibus ludos adstare magistri
Mos erat et rerum primas dignoscere causas
Atque elementorum signum me discere promptum.
Doctus et ipse citis latos equitare per agros
Cursibus et pingues stabulis recludere tauros;
Assiduusque pati flagrantis pondera solis,
Noctes atque dies pando consessus aratro,
Jugera quae dono sors optima cessit erili
Lassatis nitido vertebam vomere bubus,
Jacta vel uncinis operibam semina rastris
Vel pernox maturas condere in horrea messes.
Miro si quando suadebat lumine sudum
Optabam canibus vicinos visere montes,
Vocibus et magnis lepores sectare fugaces;
Annosis etiam siliquas decerpere ramis
Aut concreta favis silvestria quaerere mella.

Horis acta venit lassis mortalibus aestas
Quam simul arguto celebrant stridore cicadae
Pennatumque suis delenit cantibus agmen.
Corpora tunc languent nimio postrata calore,
Fessa relaxantur fusos armenta per agros
Et sibi consuetae perquirunt arboris umbram.
Interea pecorum resonant balatibus amnis
Ripae torrentemque placant sua viscera flaminam.
Est *Mare* vulgato quod dicunt nomine *Parvum*,
Undique non menso conclusum limite, salsum
Altis ut pereat piscis quem alit aequor in undis,
Quo minimi parvo surgunt in gurgite fluctus
Pacatoque mori veniunt ad litora morsu.
Herbida visuris medio patet insula ponto
Undique dilapsae statio secura volucri
Versicolores cui sunt omni in corpore plumae
Atque pedes longi queis illis sistere detur.

1. Est lacus satis magnus, aquis salsis iisdemque salubribus, in provincia cordubensi, vulgo dictus: «*Mar Chiquita*».

Vix primum incepta venerant aestate calores,
 Ardet dum caelo sol jam nitidissimus alto,
 Tarda fatigatis se nox mortalibus offert
 Membraque siccata edax, fractis jam viribus, ignis
 Multus et ad talos rorat per tempora sudor.
 Marmoreum salsis invitat fluctibus aequor
 Et lassum tepidis intingere corpus in undis,
 Queis contacta gravi solvuntur corpora tabo,
 Frigore membra queunt acrem captare vigorem.
 Tunc placidum molimur iter, rebusque paratis,
 Lignito patruus procedit celsus in axe
 Binaque quem trabit intacta cervice boum vis.
 Omnibus et phaleris strati, quas reperit usus,
 Armos quadrupedantis eques dein ipse premebam.
 Postque canis, cauda fluitans, venaticus ibat...
 Quae nemus umbrosum complexo calle pererrat,
 Mox arcente diem ramorum fornice textum,
 (Plura adeo robur duratum (2) bracchia tendit !)
 In Parcum apta Vadum nostris est semita rhaedis,
 Multae cum tremulis densantur frondibus umbrae,
 Clarius insurgit dum caelo vesper in alto,
 Ploranti similis prima sub nocte volucris
 Assiduis lucos nutantes questibus implet.
 Accipio lacrimas pueri gemitusque dolentis
 Seu modo nascentis vagitus denique maestos.

Tunc mihi tabescunt gelido in pectore vires,
 Stantque pavore comae cunctusque abit halitus ore
 Et pallor persidit iners in corpore toto.
 Inclusus tenebris certos quo tendere gressus
 Anceps haeretam, qua notas tendere sedes,
 Collustrante meam nullo jam sidere noctem.
 Obstupui veluti mediis jactatus in undis
 Praesentem cernit pavido sibi lumine mortem
 Tortae sive viae longis erroribus actus
 Regere luce carens trepidus vestigia nescit.
 Sanguine praeterea siccae sua linquere visae
 Lustra ferae diversu nutrimenta petentes;
 Sibila congreginant rarae inmanesque volucres
 Arboribus tectae et sentis cum murmure silvis
 Et pennis feriunt vultus atque ora lacescant.
 Perstrepit interdum gryllorum exercitus omnis
 Squammea dum tacito sinuatur vipera lapsu,
 Captaque luminibus vestigat noctua praedam,
 Insequiturque lupus pendentes matribus agnos,
 Et Matrem pariter pullosque vaferrima vulpes.

Quid facerem? Mihi nulla datur properare potestas,
Neve redire domum, posito jam foenere, possum.
Anxius haerebam. Laxis incertus habenis
Sector iter quo me forsitan fidum ungula ducat.
Ipse viam reperit, tactus calcare, negatam
Navus equus notamque petit sollertia sedem.
Subductus stimulis, loris per colla solutos,
Hinnitu sonipes crassum tunc aethera findit.
Personat omne nemus; stridet sub fornice bubo
Torvus utrumque videns aviumque examina plangunt.
Prosequimur porro; mens una requirere portum
Et celerare fugam silvae per aperta remissam,
Supremum donec functis post terga periclis
Cernere tunc potui diffusum lumine campum
Atque iterum gaudens caeli convexa tueri.

MONSTRUM, HORRENDUM, INGENS...

Est prope finitimum, quod servat Corduba, limen
Assiduo miris animis gens sueta labori
Pauperiemque levans glaebis firmata colendis:
Famem lenta pati lutulentas accolit aedes
Quae pueri indocilis lacrimis et voce resultant.
Igneus arctoas ubi se sol vertit ad oras
Et propior torret sitiens sidere terras
Duritiemque viris fundens et taedia rebus
Atque novum insinuat brutis avibusque soporem
Porrigitur longo duratus tempore campus.

Pars inculta jacet, jacto non semine, tellus
Hausta siti solisque arentes aestibus agri.
Quocumque aspicias desertae jugera terrae
Innumeranda jacent, sata dumis aequora porro:
Parvus namque rigat nullus confinia rivus
Et modico prostat palearis termite caespes
Quem macrae domini pecudes manduntque vorantque
Et pastis raram praebet fonticulus undam.
Obvius in medio, quantum patet, undique saltus
Ingens cernenti multo post stipite saeptus:
Plurima ter centum foliis viduata per annos
Robora densantur nulla violata bipenni;
Cortice rugoso per ventis edita nutant
Quae nullae valeant acie subvertere vires
Altius ut verrant sublimi vertice nubes
Quantum radices ima tellure recondunt.
Plurima praeterea nodatur frondibus ilex
Passim quae radios proebei luminis arcet
Spissa nimis, quo tendant, senta per avia silvae
Nulla peregrinis incessus semita signet
Qua contendat iter vitulæ pecorisque magister
Notaque jejuni contingant pascua tauri,
Quin valeant agni exustum decerpere gramen
Spinetis niveum rumpentes vellus acutis.

Pallida mors infra diris armata venenis
Serpit seque solo sentosis occulit herbis
Morbos instillans morsu et mortem ossibus atram;
Sursum praeterea latitantes fronde volucres
Aestu dum trepidant nimio ramosque pererrant
Accipitris saevi caedes rabiemque rapacis
Milvi multa vi fortes rostrisque repellunt.
Interdum ore bibunt pennis plaudentibus auras

Praecalidas refoventque suos seu pectoris ignes
 Guttura seu perstant lucos resonare canoro
 Aethera dum jugi compleat stridore cicadae
 Atque redire monent fecundum fructibus annum.
 Paret ubique nemus spatiis sine limine clausum
 Quin valeas nusquam visu comprehendere fines
 Sed neque reflexos oculis discernere calles
 Negantesque viam consertis frondibus orbes.

Languent corda metu, gelidus circum pectora sanguis
 Haeret cernentis densae miracula silvae.
 Surgit enim quid miri et praesens ventitat horror?
 Scilicet aligera requietus lintre viator
 Dum liquidum molitur iter per culmina caeli
 Celsus sublimisque tholum vestigat et axem
 Aetherium radit caelestesque aspicit ignes,
 Unde mare et terras oculis prospectat et aedes
 Atque casas penitusque jacentia cetera rerum:
 Saltus si qua subit jam vanescens imago
 Inmensi longe, pulsat praecordia terror,
 Aerii insolita torpant formidine nautae
 Hac divinantes majus latuisse periculum
 Aequore seu lato mirandum condere monstrum.

Vepribus in mediis hirtaeque per invia silvae,
 Qua plures se atra glomerant caligine rami,
 Fons fluit illimis foliis umbratus opacis
 Illius umectans frondentis litora ponti;
 Quos solum serpens latices libasset et haustus
 Quasque hominum nullus potis est attingere lymphas;
 Haud penetrandam illic posuit prope belua sedem
 Gentis inaccesam visu pedibusque ferarum.
 Talem fama ruit stratum superare draconem
 Jugera quanta solent fortes duo vertere tauri,
 Quale tenent spatium semotae litore prorae;
 Ille pares agitat sublimi vertice cristas
 Deserti palmis jam flavescentibus aevo:
 Necnon et ferrata riget circum ilia pellis
 Apri quale feri firmatum tempore tergus,
 Verheret ut frustra venator lamina plumbo.
 Serataque simul compactum cuspide dorsum
 Ardua brumosi simulat fastigia montis
 Sive superpositi praerupta cacumina saxi.

Dicitur immensae terram volumine caudae
 Verrere serpem et validos divellere truncos
 Arboris aeriae atque solum tremere ictibus omne;
 Insuper horrendo si campis corpora lapsu
 Lubrica propulsat quaerens sua pabula ventri

Passim saevus hians seni stant gutture dentes,
 Quattuor uncini demissis partibus unguis :
 Impete qui valeant caecas fodicare latebras
 Aut semel inferni pulsatos cardine postes.
 Et latera illius gliscunt pinguedine pestis ;
 Foeda, fide majus, desudans membra mephitim ;
 Ora mandent viro ; destillat lingua venenum
 Atque tument omnes turpi foetore meatus ;
 Tunc sanie pariter silvarum quaque replentur
 Et colubri tabes funestat putida ventos.
 Ipsae diffugiunt, capto nidore, volucres
 Pernicesque jugum grave olentis linquere saltus
 Et tutos alio sub caelo figere nidos.
 Inluvie languens subita bos rura peragrans
 Carpere detrectat medicatum germen odore,
 Morbo tacta novo repetit viverra cubile.
 Quin et letiferos fugiens tunc incola flatus
 In mediis burim vel rastrum deserit agris
 Imbellemque jacit gladium putramine tanto :
 Interea projectum antro sua regna coeret
 Ingens, horrendum duraque tyrannide monstrum.

RAYMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Commentariorum qui "CRISTINA" inscribuntur Moderator
BONIS AURIS IN ARGENTINA

SCRIBE LATINE

I

DEL NACIMIENTO DE NUESTRO SEÑOR DELLA NATIVITA DI NOSTRO SIGNORE

Ludovicus Granatensis —anno 1504 Granatae natus, a. 1588 Olisippone mortuus— Ordinem Praedicatorum ingressus est; qui quidem Philippi II regis temporibus —quisbus tantam vidi Hispania gloriam opumque splendorem— in litteris hispanicis principem tenet locum. Etenim, ita naturam studiose amat ut, alter Assisiensis Pauperculus, res, quas suavissima sua oratione attingit, permulcere videatur: nam ex omnibus illam animo percipit vocem qua Dei attributa secreto collaudantur intimeque praedicanter: totusque in bonum contemplandum et admirandum, quod ex natura ubique diffunditur, insistit.

Ejus autem dicendi genus oratoria quadam gravitate et pondere semper procedit, Cicerone perpetuo usus exemplo, cuius doctrina conformatus —praesertim in periodis, in concinnitate, in parallelismis, in chiasmis conquirendis assequendisque— manifesto ostenditur; in figuris autem rhetoricas magonopere regnat et linguam hispanicam novis sensibus ornat novisque litterariis opibus ditat.

Cujus eloquens et elegans oratio, quae simplici ac subtili rerum descriptioni subjecere videtur in eaque conquiescere, admirationem movet suo ipsius vigore —quo calorem mentisque motus vel ab animo durissimo et in malo torpenti elicit— cum summa suavitate ornata oculis mentique nostrae subicitur.

Qui multa scripsit pietate, doctrina, sinceritate referta; ex cuius scriptis pauca seligimus latine vertenda et adnotationibus explicanda.

Llegó aquella hora¹ tan deseada de todas las gentes², tan esperada en todos los siglos³, tan prometida en todos los tiempos⁴, tan cantada y celebrada en todas las Escrituras divinas⁵. Llegó aquella hora⁶ de la cual pendía la salud del mundo⁷, el reparo del cielo⁸, la victoria del demonio⁹, el triunfo de la muerte y del pecado¹⁰, por la cual lloraban y suspiraban los gemidos y destierro de todos los santos¹¹.

Era la media noche¹², muy más clara que el mediodía¹³, cuando todas las cosas estaban en silencio¹⁴ y gozaban del sosiego y reposo de la noche quieta¹⁵, y en esta hora tan dichosa¹⁶ sale de las entrañas virginales a este nuevo mundo el unigénito Hijo de Dios, como esposo que sale del tálamo virginal de su purísima madre¹⁷.

Pues en esta tan dichosa hora¹⁸, aquella omnipotente palabra de Dios¹⁹, habiendo descendido de las sillas reales del cielo a este lugar de nuestras miserias, apareció vestido de nuestra carne...

—F. Luis DE GRANADA, O. P.: *Summa de la vida cristiana*, lib. 3, cap. 13 (*Adiciones al «Memorial de la vida cristiana» (Vida de Cr.)*, t. IV, pg. 297; B A C, pg. 751.

Arrivò quell'ora¹ tanto desiderata da tutte le genti², tanto attesa in tutti i secoli³, tanto promessa in tutti i tempi⁴, tanto cantata e celebrata in tutte le scritture divine⁵. Arrivò quell'ora⁶, dalla quale dipendeva la salute del mondo⁷, la riparazione del cielo⁸, la vittoria sul demonio⁹, il trionfo della morte e del peccato¹⁰, per la quale piangevano e sospiravano tutti i santi esuli e gementi¹¹.

Era mezzanotte¹², molto più chiara che il mezzogiorno¹³, quando tutte le cose stavano in silenzio¹⁴ e godevano la tranquillità e riposo della quieta notte¹⁵, e in quest'ora tanto fortunata¹⁶ uscì dal ventre verginale in questo nuovo mondo l'unigenito Figlio di Dio, come sposo che esce dal letto verginale della sua purissima madre¹⁷.

In quest'ora dunque così felice¹⁸ quello omnipotente Verbo di Dio¹⁹, essendo disceso dalle reali sedie del cielo in questo luogo delle nostre miserie, apparve rivestito della nostra carne...

[Cfr. P. F. Luigi di GRANATA: Trattato secondo dell'Aggiunta del Memoriale della Vita Cristiana, trad. dal Camillo CAMILLI, Venezia, G. Angelieri, 1594 (1605), p. 17].

1. *LLEGO AQUELLA HORA — ARRIVO QUELL'ORA: advenit hora illa.* Cfr.: «advēnit hora illa. Cfr.: «advēnit proficisciendi hora» TACIT. Hist., 4,62,10. «Interea dies advēnit, quo die... iste edixerat» CIC. in Verr., 2,14,37. «Annus adveniet» TIBUL., 4,6,19.

In his verbis animadverte: 1. *advēnit*: vocem, quam significanter exprimere volumus, primo loco efferimus; et ideo subinde «verbum» sententiam incohatus: «Serpit per omnium vitas amicitia». «Movet me

oratio tua». «*Sit igitur sanctum... hoc nomen poëtae*» CIC. *pro Arch.* 8,19. —MAROUZEAU, *L'ordre des mots*, Paris 1953, n. 128-129 (pg. 47-48); n. 218 (pg. 87-88).

2. *illa: ille* eleganter personis rebusque notis apponitur, quas signate notare volumus (cfr. ISSELÉ, *De Latinorum sermone*, n. 89, adn. 2, c; PAOLI, *Scrivere latino*, § 96,2, nota; GANDINO, *Lo stile latino*, III, 2,11): «*Testula illa*; «*Medēa illa*»; «*Socrates ille*». «*Incredibilis apud Tenēdum pugna illa navalis*» CIC. *pro Arch.*, 9,21. «*Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse ajunt*»... *pro Arch.*, 9,20.

Saepe pron. *ille* aliis vocibus inseritur ut iis major addatur vis: «*Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur*» CIC. *pro Arch.*, 10,24. «*Meus ille discessus*» CIC. *pro dom.*, 25. — Ac praesertim apponitur inter adjективum et nomen proprium, ne adjективum nomini proprio proxime adhaereat —quod vitant Romani—: «*Sapiens ille Socrates*»; «*Fortissimus ille Achilles*»; «*Magnus ille Alexander*» (cfr. ISSELÉ, n. 6, adn. 1; n. 89, adn. 2).

3. *hora (= tempus)*; hoc sensu in primis adhibent poëtae: «*Abiit hora*» TERENT. *Eum.* 2,3,50. «*Et mihi forsitan, tibi quod negarit / Porriget hora*» HORAT. *Carm.*, 2, 16,31-32.

2. *TAN DESEADA DE TODAS LAS GENTES — TANTO DESIDERATA DA TUTTE LE GENTI: ab omnibus gentibus tam vehementer exoptata.*

Animadvertis oportet: 1. *gens* [*nación, raza (pueblo)* —*nazione, razza (popolo)*— *nation, race*]: «*Quem unum ex cunctis delegissetis, ut eum omnibus omnium gentium bellis... praeponeretis*» CIC. *pro leg. agr.*, 2,9,23. -*Gens* latius extenditur quam *natio*; differunt enim sicut genus et species; et significant quemcumque hominum coetum, originis tantum communione congregatum. *Gens* plures *naciones* in se complectitur; *gens* et *natio* physico et ethnographico, ut ajunt, sensu, *populus* vero et *civitas* politico sensu accipiuntur FORCEILLINI, s. v. *gens*; cfr. BARRAULT, *Traité des synonymes de la langue latine*, n. 792; BERGER, *Stylistique lat.*, § 5, pg. 62; PAOLI-CASINI, *Index emendatae latinitatis*, pg. 36). -Potes, si vis, unam notionem duobus exprimere verbis ad majorem vim tribuendam: *naciones et gentes* (cfr. GANDINO, *Lo stile lat.*, I, 2,27; IX, 1,21).

2. *tam vehementer*: adverbium hisp. *tan* (ital. *tanto, così*) saepe *muy respondet* (ital. *tanto, assai*), atque adjektivo vel adverbio —quisbus praeponitur — significationem superlativi tribuit: «*Caesar, homo mitissimus atque lenissimus*» CIC. *in Catil.*, 4,5,10 [*hombre de carácter TAN manso y dulce*]. «*Descriptio civitatis sapientissime constituta*» CIC. *pro Sest.*, 65,137 [*con TANTO juicio, TAN sabiamente*].

-Ergo, ut ex allatis exemplis colligitur, ubi Romani superlativum adhibuerunt (*mitissimus, lenissimus, sapientissime*), nos interdum adverbiis *tan, muy (tanto, così, assai)* utimur.

3. Latine *tam* usurpatur praesertim cum hoc adverbio res nota vel supra memorata adnotatur, aut cum pronomini *hic* subjungitur: «Ex locis *tam* longinquis *tamque* diversis» CIC. *de imper. Pomp.*, 16,46. «Haec *tam* brevis vita»; «*hic tantus* labor»; «*hi tam* varii casus»; «in *tam* diversis rebus» (vel etiam: «in *diversissimis* rebus»).

Locutionem igitur in latinum bene convertes, si *superlativum* aut adverbium *tam* —praepositum adjektivo vel adverbio *positivo*— adhibueris; concinnitatem tamen serva, et unam aut alteram in membris adhibe formam. -Ceterum, scriptores interdum pro superlativo utuntur *maxime, tantopere, magnopere, adeo, vehementer*.

4. *exoptata: exoptare* 'est vehementer optare' (STEPHANUS); 'valde, optare, expetere, valde desiderare': «Nunc ea cognosce quae maxime *exoptas*» CIC. *ad Qu.fr.*, 1,2,5.

5. Nonnullorum verborum participia praeterita in *adjectiva* mutata sunt et ideo gradum habent *superlativum*: «Ut *exoptatum* inimico *nuntium* primus afferret...» CIC. *pro Rosc. Amer.*, 6,19 «In maxima laetitia et *exoptatissima gratulatione* unum... defuisse» CIC. *ad Att.*, 4,1,2.

3. *TAN ESPERADA DE TODOS LOS SIGLOS — TANTO ATESA IN TUTTI I SECOLI: omnibus aetatibus tam avide exspectata*. Attento animo perpende; 1. *omnibus aetatibus*, praecisa praepositione *in*; exprimitur enim «quanto tempore» exspectaretur, qui «ablativus temporis» a grammaticis *ablativus instrumentalis* habetur.

Verbum *siglo* (*época, generación*) ital.: *secolo, epoca*; gal.: *siècle, époque, génération*) longum temporis spatium idque indefinitum vallet; quo sensu *aetas* aut *tempora* usurpantur: «Et jam heroicis *aetatibus* (en los siglos heroicos) Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes» CIC. *Tusc.*, 5,3,7. «Nostra *aetas* multas victorias vidit» («nuestro siglo ha sido testigo de muchas victorias») CIC. *pro Mil.* 28,77. «Vir ut *temporibus* illis doctus» CIC. *Brut.*, 28, 107 (para su *siglo*).

2. *exspectata: «exspectare* significat 'praestolari': quia dum venturum aliquem praestolamur, frequenter aspicere solemus an veniat» (STEPHANUS). «Ad medium usque noctem *exspectare*» (cfr. HORAT. *Serm.*, 1,5,83) «Quid hostes consilii caperent, *exspectubat*» CAES. *de B. G.*, 3,24,1 «Avidissime civitas *exspectat...*» CIC. *Phil.*, 14,1.

4. *TAN PROMETIDA EN TODOS LOS TIEMPOS — TANTO PROMESSA IN TUTTI TEMPI*: *omnibus temporibus totiens promissa*. In quibus adnōta: 1. *omnibus temporibus*, ut supra sub 3,1 = *omnibus aetatibus*: quae eadem fere significant, et ad quandam membrorum concinnitatem apposuit P. Granata, et in conversione latina retinenda sunt.

2. *totiens [toties]*: ita latine reddere possumus, cum in hoc membro haec insit vis voci *tan*; quo bina membra simili concinnitate ornantur: *tam vehementer - tan avide / totiens - adeo*; si tamen placet, converte: *tam liberaliter promissa*, sed subtīlis quaedam notio additur.

5. *TAN CANTADA Y CELEBRADA EN TODAS LAS ESCRITURAS DIVINAS — TANTO CANTATA E CELEBRATA IN TUTTE LE ESCRITURE DIVINE*: *omnibusque litteris divinis adeo praedicata atque concelebrata*. -*Adeo* hoc sensu [=eo usque, usque eo] non numquam apud scriptores latinos legimus; cfr. GANDINO, *Lo stile lat.*, VII, 1,13; PAOLI, *Scriver lat.*, § 178,3,d, pg. 271.

2. *praedicata*: *praedicare* 'est de aliqua re saepe ac palam dicerre, sermone celebrare, commemorare': «Nostra semper feretur et *praedicabitur*... pugna illa navalis» CIC. *pro Arch.*, 9,21.

3. *Concelebrata*: *concelebrare* dicitur 'de iis quae litteris tradita vulgantur et nota omnibus redduntur' (FORCELLINI). «Per orbem terrarum famā ac litteris victoriam ejus diei *concelebrabant*» CAES. *de b. civ.*, 3,72,4. -In qua Caesaris sententia *fama ac litteris ablativus* «instrumenti seu medii» habentur; isque ablativus simili ratione in hoc orationis membrum transferri potest (*omnibus litteris divinis*). -Neque tamen absōnum esset praepositionem *in* addere —ut est in primigenio textu—, qua locus, ubi *haec hora concelebratur*, definiretur.

6. *LLEGO AQUELLA HORA — ARRIVO QUELL'ORA*: *illa tandem advenit hora*. Mutato ordine superioris sententiae, *illa* praecedit et ab *hora* se jungitur ut rem notissimam et desideratissimam exprimamus; cui ad majorem vim conferendam *tandem* apponi potest. «*Illa* tamquam cygnea fuit L. Crassi vox et oratio CIC. *de orat.*, 3,2,6. «*Tua illa praeclara in rem publicam merita*» CIC. *ad fam.*, 11,12,1.

7. *LA SALUD DEL MUNDO — LA SALUTE DEL MONDO*: *salus mundi, —hominum salus—. Salus - mundus* sunt voces a christianis novo auctae sensu, a quo recedere non debemus. Attamen *mundus*

—qui aliis quoque significationibus a christianis cumulatus est, ut alias dicemus— hic aptius, ad veterum rationem, in «*hominum salus*» converti potest.

8. EL REPARO DEL CIELO — LA RIPARAZIONE DEL CIELO: *caeli recuperatio*. *Recupero, recipero* est 'rem amissam recipere, jacturam reparare' (FORCELLINI, s. v.). «Ita praeclara est *recuperatio libertatis*» CIC. *Phil.*, 10,10,20.

Salus mundi / caeli recuperatio: vocabula aut membra saepe ordine diverso exprimuntur, neque orationis concinnitatem consequuntur, sed vocabula alia aliis adverso ordine opponuntur: quae ordinis ratio *chiasmus* dicitur:

«Sententiarum	gravitas,
elegantia	orationis.
«Ratio nostra	consentiat
pugnat	oratio». (CIC. <i>de fin.</i> , 3,3,10).
«Cornibus	tauri
apri	dentibus,
morsu	leones se tutantur».

-*Chiasmus* a P. Springhetti (*Lexicon linguisticae et philologiae*, Romae 1962, s. v.) ita explicatur: «Est dispositio decussata ad litterae figuram (χιασμός), ita ut binae voces binis vocibus oppositae, adverso ordine in altero membro conjungantur».

9. LA VICTORIA DEL DEMONIO — LA VITTORIA DEL DEMONIO: *de daemone victoria*. -*Victoria de, ex*: «*de Vejentibus*» LIV., 5,15; «*de ducibus romanis*» LIV., 30,30; «*Domitii ex Avernus*» VELLEJ., 2,10,2.

10. EL TRIUNFO DE LA MUERTE Y DEL PECADO — IL TRIONFO DELLA MORTE E DEL PECCATO: *de morte atque de peccato triumphus*. Cfr. «Derideatur de rege Pyrrho *triumphus* M. Curii» CIC. *pro Mur.*, 14,31. «Ages victor *ex inimicorum dolore triumphum justissimum*» CIC. *ad fam.*, 3,10,1. -*De morte ac de peccato triumphus*: praepositio iteratur (*de, ex, in, pro, ad...*) ante substantiva conexa cum singula proprium ac singularem habent sensum, quo ab aliis differunt aut separantur; idque in primis fit cum substantiva, iteratis particulis (*et - et, aut - aut, nec - nec, vel - vel*), conjunguntur; «*De benevolentia ac de libertate dicetur*» CIC. *de off.*, 1,14,42. «*Permuli et ex urbe et ex agris*» CIC. *in Cat.*, 2,10,21. «*Ut eorum et in bellicis rebus et in civilibus officiis vigeat industria*» CIC. *de off.*, 1,34.

Cfr. BERGER, *Stylistique lat.*, § 56, 1.^o, pg. 187-188; ISSELEÉ, *De Latinorum sermone*, n. 234, p. 160-161.

11. POR LA CUAL LLORABAN Y SUSPIRABAN LOS GEMIDOS Y DESTIERROS DE TODOS LOS SANTOS — PER LA QUALE PIAN-GEVANO E SOSPIRAVANO TUTTI I SANTI ESULI E GEMENTI: *quam omnes sancti in exilio gementes effusis lacrimis exoptabant...*

Substantiva, quae res abstractas aut vita carentes significant, ut subjecta verborum —quibus *actio* aut *animi vis* exprimitur— Romani fere non adhibent; sed orationem nostram activam in passivam, aut in similem convertunt. «Dolore impedior» [*me impide el dolor*]. «Victus est Xerxes consilio Themistoclis». NEP. *Them.*, 4,5 [EL CONSEJO DE Temistocles venció a Jerjes]. «Virtute ad summos honores per-vénit» [LA VIRTUD lo elevó a los cargos más elevados]. «Casu omnia eveniunt» [LA SORTE decide di tutto]. «Res humanae divino consilio geruntur» [LA PROVVIDENZA indirizza il corso delle azioni umane]. «Hic liber est; hoc libro agitur» [ESTE LIBRO trata].

Cfr. BERGER, *Stylist. lat.*, 105,2, pg. 284; PAOLI, *Scriver lat.*, § 307, pg. 489-490; ISSELÉ, *De Latinorum serm.*, 28.

Totam igitur orationem convertes: *Quam omnes sancti in exilio gementes effusis lacrimis prosequabantur atque vehementer exoptabant (exspectabant).*

De orthographia vocis *exilium*, *ex(s)ilium*, cfr. ERNOUT-MEILLET, *Dictionnaire étymologique de la langue lat.*, s.v.

12. ERA LA MEDIA NOCHE — ERA MEZZANOTTE: *media nox erat*. Cfr. «Provecta nox erat» TACIT. *Ann.*, 13,20; a qua parum differt: «instabat media nox».

13. MUY MAS CLARA QUE EL MEDIODIA — MOLTO PIU CHIARA CHE IL MEZZOGIORNO: *luce meridiana multo splendidior*.

1. *Splendet [splendidum est] quod 'vivido lucis fulgore illuminat, fulget'; quam «lucis» notionem ut subtilius designes, aptius, ut videtur, pro «meridie» *lucem meridianam* dices.*

2. Comparativus *ablativo* semper effertur —neque in *quam mutari* potest— in locutionibus quibus qualitas in summo gradu exprimitur quaeque ad maximam ipsius rei notionem refertur: *melle dulcior; quid vere jucundius? luce clarior; melius, citius spe, opinione, exspectatione...* Cfr. ERNOUT-THOMAS, *Synt. lat.*, § 195, pg. 168.

3. *multo splendidius*: cfr. CAES. *de B. Gal.*, 1,6,2: (Alterum iter) «*multo facilius atque expeditius...*».

14. CUANDO TODAS LAS COSAS ESTABAN EN SILENCIO — QUANDO TUTTE LE COSE STAVANO IN SILENZIO: *cum omnia silebant. Tacere opponitur verbo loqui; silere autem contrarium est strepere, sonare: «Silet aequor» VERG., Bucol., 9,57 «Silent late loca»*

ID. *Aen.*, 9, 190. «*Silent leges inter arma*» CIC. *pro Mil.*, 10. «*Nec ceterae nationes silebant*» TAC. *Hist.*, 3,47.

15. GOZABAN DEL SOSIEGO Y REPOSO DE LA NOCHE QUIETA — GODEVANO LA TRANQUILLITA E RIPOSO DELLA QUIETA NOTTE: *placidae noctis quiete ac tranquillitate perfruebantur.*

1. *quies* dicitur, in aliis: de somno, de pace, de aëre, de ventis (cfr. PLIN, 18,231); de requie per noctem.
2. *tranquillitas*: de mari, de pace, de animo; *tranquillus* est 'serenus, placidus'.
3. *placidus*: 'serenus, sine turbatione'.
4. *perfrui*: 'est plene, cumulate, perfecte frui'.

16. EN ESTA NOCHE TAN DICHOSA — IN QUEST'ORA TANTO FORTUNATA: confer quae supra dicta sunt de adverbio *tan* in latinum convertendo; *dichosa* = *fausta*, nam *faustus* —a 'favendo'— dicitur in primis de eo quod 'favore divino cumulatur': «Horribilem illum diem aliis, nobis *faustum* putemus» CIC. *Tusc.* 1,118. -Praeficiesne in voci *horae*?

17. SALE DE LAS ENTRAÑAS VIRGINALES A ESTE NUEVO MUNDO EL UNIGENITO HIJO DE DIOS, COMO ESPOSO QUE SALE DEL TALAMO VIRGINAL DE SU PURISIMA MADRE — USCIDAL VENTRE VERGINALE IN QUESTO NUOVO MONDO IL FIGLIO DI DIO, COME SPOSO CHE ESCE DAL LETTO VERGINALE DELLA SUA PURISSIMA MADRE: quam sententiam magno commodo tuo latine reddes; id tantum nota:

1. *sale*: *exo* - *exire*.
2. *entrañas*: *viscera, um*, vel hīc aptius: *sinus, us*.
3. *virginales*: *virginalis*, quod adjективum jam apud antiquos scriptores (Plautum, Ciceronem...) et Ecclesiae Patres scriptum legimus; genetivo (*virginis*) uti quoque poteris.
4. de *mundo* cfr. quae supra, adn. 7^a, diximus; hoc tamen loco novo christianorum sensu cumulatur.
5. *como*: *ut*.
6. *esposo*: *sponsus* is proprie dicebatur 'qui uxorem ducturus erat ac se ducturum *spondebat*'. Qui sensus huic loco aptissimus est, cum Christus Dominus e Virginis sinu quasi ad nuptias —in magnum redemptionis opus— procedat. Nomen vero *sponsi* saepe apud Eccle-

siae Patres et in sacra liturgia symbolice cum thalamo Virginis conjungitur: «*Sicut sponsus procedit de thalamo suo, id quodam inefabili conjugio copulatum est*» AUG. Serm., 192,3. «*Tamquam sponsus procedens de thalamo suo Deus Dominus... inluxit nobis.* SACRAMEN. LEON.; cfr. Psalm. 18,6 (cfr. BLAISE, *Dictionnaire des auteurs chrét.*, Turnhout 1954, s. v. *sponsus* et *thalamus*). -Ceterum, apud Hispanos et Italos voce *esposo* - *sposo* non tantum *vir*, *maritus* designatur, sed et is que «*sponsali vinculo seu promissione*» sponsam se ducturum spopondit.

7. *sale: exire, procedere.*

8. *thalamo: thalamus, i.*

18. *PUES EN ESTA TAN DICHOSA HORA — IN QUEST'ORA DUNQUE...: hac igitur fortunatissima hora.* Et bene nota: 1. *ergo et igitur* «*logicam*» ex supra dictis conclusionem inferunt; *igitur* saepissime postponitur ut enclitica.

2. *fortunatus* est 'cui fortuna arrīdet, qui in summa est felicitate'; vel: «*hac tam fausta = hac faustissima hora*».

19. *AQUELLA OMNIPOTENTE PALABRA DE DIOS... — QUELLO OMNIPOTENTE VERBO DI DIO...: omnipotens illud Dei Verbum a regalibus caeli sedibus in hunc aerumnarum nostrarum locum...*

Et nota: 1. aptissime interséri inter substantivum et adjективum voces —vel propositiones— quae ab illis pendent: «*omnipotens Dei verbum*»; «*a regalibus caeli sedibus*»; «*in hunc aerumnarum nostrarum locum*»; ita Cicero: «*Illos de re publica libros*» Brut., 59; «*In summis quae nos urgent necessitatibus*»

2. *a regalibus sedibus: sedes:* 'locus sedendi, sella, cathedra'; saepius singulari numero effertur, sed cum de populorum sede, de inmortuis, de dis sermo est, pluralis usurpari solet: *alias sedes petere, quaerere; sedibus pelli; superae, beatae sedes.*

3. *quamquam aerumnæ nomen aurea aetate antiquitatem sapiebat*, illo tamen saepe usus est Tullius (*Tusc.* 4,8,18; *de fin.* 2,35; *ad fam.*, 14,1,1; *ad Att.*, 3,8,2...), quod et nos hoc loco facere possumus (cfr. de voce, ERNOUT-MEILLET, *Diction. étymol. de la l. lat.*, s. v.; ERNOUT, *Philologica*, I, p. 33; KREBS-SCHAMTZ, *Antibarbarus*, s. v.). Quod si tibi religio est, *miseriam aut laborem libenter usurpa*.

4. *nostrarum aerumnarum:* ut oppositio appareat inter «*regales caelis sedes*» —id est summam caeli felicitatem— et «*hunc aerumnarum locum*» —id est terram *nostram* miseriis plenam—, voci *aerumnarum* possessivum *nostrarum* adjungendum videtur.

5. *vestido: indutus, a, um*: cfr. «Beluae forma hominum *indutae*». CIC. pro Sull., 76.

6. *aparecio: appareo, apparēre*: «Illa vis non appāret nec cernitur CIC. pro Mil., 84 «(Anguis) Sullaē apparuit immolanti» CIC. de div., 2,65. «Nec apparuit hostis» LIV., 21,25,11.

JOSEPHUS M. MIR, C.M.F.

In Instituto Pontificio Altioris Latinitatis Professor

In urbe ROMA

B I B L I O G R A P H I A

LIBRI DONO ACCEPTI

GASPAROTTO, GIOVANNI. — *Isidoro e Lucrezio. Le Nubi. III. — Le fonti dei Capitoli de Nubibus del de Natura Rerum (XXXII) e de Aere et Nube delle Origines (XIII 7)*. 20 pag. Università degli Studi. Padova. 1967.

SILVA, L. W. de. — *Latin elegiac versions*. With a Preface and Notes on Latin Elegiac Verse by T. W. MELLISH, M. A. XIII-64 pag. John Murray. London. 1966. 12 s. 6d.

PAOLETTA HERMINII. — *Ignatum Oppidum (De Aquadienium oppugnatione atque aenīs Neapolitani Castelli fori'-us)*. 66 pag. Studio editoriale Dauno. Foggia. 1966.

BARABINO, Giuseppina. — *Claudio Mamertino: Il Panegirico dell' Imperatore Giuliano*. Saggio introduttivo, traduzione con testo a fronte. 117 pag. Università di Genova. Facoltà di Lettere. Istituto di Filologia classica e medioevale. 1965.

N O M I N A G E O G R A P H I C A

Geographica nomina proponuntur ex actis Apostolicae Sedis (= AAS) deprompta et collecta, ex quibus appareat, quam rationem curiales romani in nominibus propriis latine reddendis aliquatenus sequantur. Adnotandum est autem ibi tantummodo, ubi nomina nova et rara et propter novitatem et raritatem nimis inusitata ex actis Apostolicae Sedis (aliisve libris) afferuntur, numeros voluminum et annorum et paginarum indicari et addi.

Abūla, -ae; Abūlensis, -e (AAS 54 [1962] 566 sq.)	= Avila
Aequātōriā, -ae; Aequatorianus, -a, -um	= Ekuador
Africa, -ae (Orientalis, Occidentalis, Meridionalis, Septentrionalis, Centralis, Media; Media Occidentalis, Media Orientalis; Medio-Africinus, -a, -um ASS 58 [1966] 553)	= Afrika
Agāna, -ae; Agānēnsis, -e (AAS 58 [1966] 428)	= Agaña
Alanopōlis, -is; Alanopolitānus, -a, -um	= Allentown
Alaska, ae; Alaskanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 615 sq.) Cf. LATINIT. 14 (1966) 101: Alăscă, Alăscānūs -a, -um	= Alaska
Alcantāra, -ae; Alcantarinus -a, -um	= Alcantara
Algeria, -ae; Algeriensis, -e	= Algerien
Amēricā Latina (AAS 58 [1966] 635)	= Lateinamerika
Ancoragia, -ae (?); Ancoragiensis, -e (AAS 58 [1966] 615) Cf. LATINIT. 14 (1966) 101: Ancoraria, -ae	= Anchorage
Antverpia, -ae (Antverpa, -ae); Antverpiensis, -e	= Antwerpen
Argentinia, -as (Argentīna, -a); <i>incolae</i> : Argentini, -orum <i>adi.</i> : Argentinus, -a, -um (AAS 57 [1965] 334; 58 [1966] 473)	= Argentinien
Asia, -ae (maior: AAS 58 [1966] 130; orientalis, minor)	= Asien
Australia, -ae (AAS 55 [1963] 50)	= Australien
Balearicum mare (AAS 54 [1962] 708); cf. ThLL II 1868, 16 sqq.	= Balearisches Meer
Bambarium, -i (?); Bambaritanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 553)	= Bambari (Africa)
Bamberga, -e; Bambergensis, -e (AAS 58 [1966] 655)	= Bamberg
Bānātus, -i f. (AAS 53 [1961] 510)	= Banat (Hungaria)
Bāngkōkūm, -i (?); Bangkokensis, -e (AAS 58 [1966] 555) <i>Latinus</i> : Bāncōcūm, Bancocensis, -e	= Bangkok (Thailandia)

- | | |
|--|--------------------------------|
| Bārīnā, -ae; Barinensis, -e (AAS 58 [1966] 417 sq.) | = Barinas |
| Baupōlis (?); Baupolitanus, -a, -um (AAS 57 [1965] 141 sq.) | = Bauru |
| Berolīnum, -i, Berolinensis, -e | = Berlin |
| Bhāgālpūrā (?), -ae; Bhagalpurensis, -e (AAS 58 [1966] 398 sq.) <i>Latinius</i> : Bāgālpūrā, Bagelpurensis, -e | = Bhagalpur (India) |
| Birmania, -ae (AAS 53 [1961] 651) | = Birma, Burma |
| Blāntyryā, ae; Blantyreensis, -e (AAS 58 [1966] 257 sq., 599) | = Blantyre (Africa orientalis) |
| Bögötā, ae; Bogotensis, -e (AAS 58 [1966] 504) | = Bogotá |
| Bölivīā, -ae; Bolivianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 311) | = Bolivien |
| Bombaya, -ae; Bombayensis, -e (AAS 57 [1965] 113 sqq., 301) Cf. LATINIT. 14 (1966) 9: Bombaia, -ae | = Bombay |
| Bōnus Aēr; Bonaërensis, -e (AAS 57 [1965] 334) Cf. PAL. LAT. n. 174: 31 (1961) 95: Bonaëropōlis | = Buenos Aires |
| Bōstōniā, -ae; Bostoniensis, -e (AAS 58 [1966] 563) | = Boston |
| Brāsīlīā, -ae; Brasilianus, -a, -um, Brasiliensis, -e (AAS 58 [1966] 245. 263 sq., 551) | = Brasilien |
| Brasiliapōlis; Brasiliapolitanus, -a, -um (AAS 55 [1963] 26 sq.) Cf. PAL. LAT. n. 174: 31 (1961) 95: Brasiliopōlis | = Brasilia (caput) |
| Burundiā, -ae (AAS 58 [1966] 443); Burundiensis, Burundianus (?) | = Burundi |
| Cālcūttā, -ae; Calcuttensis, -e (AAS 58 [1966] 398 sq.) | = Calcutta |
| Cāliforniā, -ae (AAS 54 [1962] 839 sq., 58 [1966] 621) | = Kalifornien |
| Camboja, -ae (AAS 57 [1965] 159), Cambogia, -ae; Cambogiensis, -e (AAS 58 [1966] 426. 545) | |
| <i>Latinius</i> : Cāmbōdsā, -ae; Cāmbōdsānūs, -a, -um | = Kambodscha |
| Cambrīā, -ae (AAS 58 [1966] 609) | = Wales (Anglia) |
| Cānādiā, -ae (AAS 55 [1963] 221 et BACCI), Canāda, -ae (AAS 58 [1966] 240 sq., 518, 595 sq., 616); Canad(i)ensis, -e | = Kanada |
| Cārāca, -ae; Caracensis, -e (AAS 54 [1962] 468; 58 [1966] 419 sq.) | = Caracas |
| Cāxīā, -ae; Caxīēnsis, -e (AAS 58 [1966] 594) | = Caxias |
| Ceylōniā, -ae; (AAS 57 [1965] 278) | = Ceylon |
| Chēnā, -ae; Chenianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 131 sq., 151) Kenya, -ae (AAS 53 [1961] 355) | Kenya, -ae |
| Cf. LATINIT. 12 (1964) 50: Chenia, Chenianus, -a, -um | = Kenia |

- Chicagia, -ae; Chicagiensis, -e (AAS 58 [1966] 107 sq.) *Latinus*: Tsicagia, -ae (?) cf. LATINIT. 14 (1966) 106: Chicagum, -i (*fortasse melius*: Tsicāgum, -i)
= Chicago
- Chihūahúa, -ac; Chihuahuensis, -e (AAS 58 [1966] 623)
= Chihuahua
- Chīlīā, -ae; Chiliensis, -e, Chīlēnsis, -e (AAS 57 [1965] 334; 58 [1966] 344 sq.)
= Chile
- Chiquāva, -ae; Chiquāvānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 257 sq.)
= Chikwawa
(in Africa orientali)
- Chuncheonum, -i (?); Chuncheonensis, -e (AAS 58 [1966] 126)
Latinus: Tsuntsonum, Tsuntsonensis, -e
= Chun Cheon (Corea)
- Clevelandia, -ae; Clevelandiensis, -e, Clevelandensis, -e (AAS 57 [1966] 282)
= Cleveland
- Columbiā, -ae; Columbianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 504)
= Kolumbien,
Colombia
- Congus, -i f; Congolensis, -e (AAS 57 [1965] 160 sqq.; 320; 58 [1966] 50)
= Congo
- Cōrēa (Corēa), -ae; Coreanus, -a, -um (AAS 54 [1962] 552-555; 58 [1966] 617)
= Korea, Corea
- Costarīca, -ae; Costaricensis, -e (AAS 54 [1962] 422-424)
= Costarica
- Czestochovīa, -ae; Czestochoviensis, -e (AAS 57 [1965] 255.282; 58 [1966] 209. 444. 548)
= Tschenstochau,
Czestochowa
- Dahomeya, -ae; Dahomeyensis, -e (AAS 54 [1962] 720) LATINIT. 12 (1964) 46 sq.: Dahomeia, Dahomeianus, -a, -um
= Dahomey
- Dakāra, -ae; Dakarensis, -e (AAS 58 [1966] 619) LATINIT. 12 (1964) 55:
Dacāria, (-iensis ?)
= Dakar
- Dallasium, -; Dallasensis, -e (AAS 58 [1966] 166) *melius*: Dallasum (?)
= Dallas
- Daressalaamum (?); Daressalaamensis, -e (AAS 57 [1965] 209 sq.)
Latinus: Daressalāmum, -i, Daressalamensis, -e Cf. LATINIT. 12 (1964) 57: Irenopōlis
= Dar-es-Salaam,
Daressalam
- Diācōva, -ae; Diācōvēnsis, -e (AAS 58 [1966] 568)
= Djakovo
- Edimburgum, -i; Edimburgensis, -e (AAS 58 [1966] 609)
= Edinburg
- Essēndlā, -ae; Essendiensis, -e
= Essen
- Eystētta, -ae; Eystettensis, -e (AAS 57 [1965] 306; 58 [1966] 447)
= Eichstätt

- Fada Ngurma, -ae (?); Fada Ngurmaënsis, -e (AAS 57 [1965] 213 sq.)
= Fada N'Gourma

Finnia, -ae; *incolae*: Finni, -orum; *adi.* Finnicus, -a, -um (AAS 58 [1966] 205. 371)
= Finnland, Finlandia

Foederatae Civitates Americae Septemtrionalis (AAS 58 [1966] 424 sq., 428), Foederatae Americae Septemtrionalis Civitates (AAS 58 [1966] 563. 615), Civitates Foederatae Americae Septentrionalis (AAS 58 [1966] 665); cf. WALDE-HOFMANN, *Latein. etymolog. Wörterbuch*, vol. II, Heidelberg 1954, pag. 518: septentriones.
= USA

Foederatae Brasiliae Civitates (AAS 57 [1965] 183)
= Brasilien

Foederatae Germaniac Civitates (AAS 57 [1965] 175)
= Bundesrepublik
Deutschland

Foederatae Indiae Civitates; Foederatae Civitates Indiae (AAS 57 [1965] 116-119)
= Indien
(Bundesrepublik)

Gedania, -ae; Gedanensis, -e (AAS 58 [1966] 472 sq.) SLEUMER: Ge-
dānum
= Danzig

Germania Foederalis (foederatica: *Holzer*), Germaniae res publica
foederalis
= Bundesrepublik
Deutschland

Glasgūa, -ae; Glasguensis, -e (AAS 58 [1966] 103) SLEUMER: Glasgovia,
Glasgoiensis, -e
= Glasgow

Gnēsna, -ae (Gnēsnia, -ae); Gnesnensis, -e (AAS 57 [1965] 282)
= Gnesen

Guādālūpá, -ae (?); Guadalupensis, -e (AAS 58 [1966] 475 sq.) Guada-
lupanus, -a, -um
= Guadalupe

Guāmum, -i (?); Guamensis, -e (AAS 58 [1966] 428)
= Guam

Guārāpuāvă, -ae; Guarapuavensis, -e (AAS 58 [1966] 551) *Latinius*: Vä-
räpuāvă (-ēnsis)
= Guarapuava

Guātīmāliá, -ae (Guatimāla, -ae: AAS 54 [1962] 497 sq.); Guatimalen-
sis, -e (AAS 57 [1965] 284)
= Guatemala

Gulūa, -ae (?); Guluensis, -e (AAS 58 [1966] 128)
= Gulu

Guyāna Britanniensis (AAS 46 [1954] 551) *Latinius*: Guiāna, -ae
= Britisch Guyana

Haedicollis, -is; Haedicollensis, -e (LATINIT. 4 [1956] 121)
= Kitzbühel

Haītia, -ae; Haītiānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 664)
= Haiti

Hibēro-America, -ae (AAS 57 [1965] 348)
= Lateinamerika

- | | |
|---|----------------------|
| Hoima, -ae; Hoimānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 423) | = Hoima |
| Hölländiā, -ae; inc.: Hollandi, -orum; adi.: Hollandicus, -a, -um | = Holland |
| Höndürīā, -ae; Honduriensis, -e | = Honduras |
| Iápōnīā, -ae; inc.: Iápōn, -ōnis m.: cf. MICCINELLI, Carolus, <i>Purioris Latinitatis exempla causarum postulatoribus oblata</i> , Romae 1962, pag. 48; SLEUMER, <i>Kirchenlateinisches Wörterbuch</i> , Limburg/Lahn 1926, pag. 399. adi.: Iaponensis, -e; Iaponiensis, -e (AAS 58 [1966] 630 sq.) | = Japan |
| Iärōslāvīā, -ae; Iaroslaviensis, -e (AAS 58 [1966] 628) | = Jaroslaw (Polonia) |
| Ibarra, -ae; Ibarrensis, -e (AAS 58 [1966] 124 sq.) | = Ibarra |
| Indīā, -ae; Unio Indiana (AAS 53 [1961] 654) | = Indien (Union) |
| Status Indianus (AAS 54 [1962] 868) | = Indianerstaat (?) |
| Indōnēsīā, -ae; Indonēsiānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 132. 512) | = Indonesien |
| Indōsīna, -ae; Indosinensis, -e (AAS 49 [1957] 897; 50 [1958] 109 sq.) | = Indochina |
| Ingolstadium, -i; Ingolstadiensis, -e (AAS 57 [1965] 306) | = Ingolstadt |
| insula Celebesia | = Celebes |
| insula Formosa | = Formosa |
| insula Iāva | = Java |
| insula Mādāgascāriā | = Madagaskar |
| insula Mīnōricēnsīs | = Menorca |
| insulae Molūcae (Moluccae) | = Molukken |
| insulac Philīppīnae; Philippinus, -a, -um | = Philippinen |
| insulae Sālōmōnīcae | = Salomoninseln |
| insulae Sundae minores | = Kleine Sundainseln |
| Ioannesburgum, -i; Ioannesburgensis, -e (AAS 58 [1966] 547) <i>Latinius</i> : Iohannisburgum, Iohannisburgensis, -e | = Johannesburg |
| Ipiāla, -ae (?); Ipiālēnsis, -e (AAS 58 [1966] 45) | = Ipiales |
| Irānīā, -ae; Iranianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 330 sq.) | = Iran |
| Irāquī, -ae; Irāquēnus, -a, -um (<i>ut dicio Iraquena</i>) (AAS 53 [1961] 584-586; cī. ibidem: fines syro-iraqueni), Irāchīa, -ae (Petrus Bruno, <i>Olympia XII</i> , Romae 1961, p. 12) | = Irak |
| Iscla, (-ae ?); Isclānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 198) | = Ischia |
| Íslāndīā, -ae (AAS 21 [1929] 659); Islanda, -ae (Ephem. Liturg. 76 [1962] 386; ibidem: Missale latino-islandicum) | = Island |

Israēlia,-ae; Israēliānus,-a,-um (Statio radiophonica Vaticana, 21. 3. 1959, 17.30 ^h)	= Israel (Staat)
Isthmus Americānus	= Landenge von Amerika (Panama)
Itābirā,-ae; Itabirensis,-e (AAS 58 [1966] 263 sq.)	= Itabira
Iūgōslāviā,-ae (AAS 58 [1966] 568)	= Jugoslawien
Kabale,-es (-a,-ae) ?; Kabalenus,-a,-um (AAS 58 [1966] 585) <i>Latinius</i> : Cabala, Cabalenus,-a,-um	= Kabale (Uganda)
Kaolackum,-i (?); Kaolackensis,-e (AAS 58 [1966] 273 sq.) <i>Latinius</i> : Caolācum, Caolacensis,-e	= Kaolack
Karachīlūm,-i; Karachiensis,-e <i>Latinius</i> : Carachīlūm, Carachiensis,-e	= Karatschi
Kvangiūa,-ae (?); Kvanguensis,-e (AAS 54 [1962] 553 sq.) <i>Latinius</i> : Quangsūa, Quangsuensis,-e	= Kwangschu (Corea)
Iacus Abernus (AASS Nov. II 1 [Bruxellis 1894] p. 549, n. 58)	= St. Wolfgangsee
Lagōsa,-ae; Lagosensis,-e (AAS 57 [1965] 149) Cf. LATINIT. 12 (1964) 53: Lacupōlis	= Lagos (Nigeria)
Lāōsiā,-ae; Laosiānus,-a,-um (AAS 58 [1966] 554), Laosiēnsis,-e (AAS 58 [1966] 259)	= Laos
Leopoldopōlis,-is; Leopoldopolitanus,-a,-um (AAS 58 [1966] 50)	
Leopoldopōlis,-is; Leopoldopolitanus,-a,-um (AAS 58 [1966] 50)	= Léopoldville
Lībānūs,-i; Libanensis,-e (AAS 57 [1965] 237)	= Libanon
Lībēriā,-ae; Liberianus,-a,-um (AAS 58 [1966] 348 sq.)	= Liberia (Africa Occidentalis)
Līma,-ae; Līmānūs,-a,-um (AAS 54 [1962] 595.845 sq. 58 [1966] 46)	
	= Lima
Līncīum,-i; Linciensis,-e (AAS 57 [1965] 221); <i>antiquitus legitur</i> : Lentia,-ae; cf. FORCELLINI, tom. VI (onomasticon), Patavii 1940, pag. 100	
	= Linz (Austria)
Līthūāniā,-ae; inc.: Lithuānī,-orum; adi.: Lithuānus,-a,-um (cf. AAS 58 [1966] 207)	
	= Litauen, Lithuania
Lītūs Eburneum	
	= Elfenbeinküste (Côte d'Ivoire)
Liverpolium (Liserpalus); Liveropolitanus,-a,-um (AAS 58 [1966] 166)	
	= Liverpool
Londinium (Londinum); Londin(i)ensis,-e (AAS 54 [1962] 772)	
	= London
Lunaelācus,-i; Lunaelacensis,-e (MGH, script. IV p. 550; AASS Nov. II 1, Bruxellis 1894, p. 549), <i>legitur etiam adiectivum</i> : Monseensis,-e	
	= Monsee (Austria)

- | | |
|---|----------------------------------|
| Macāum,-i; Macaonensis,-e (AAS 57 [1965] 158-160) | = Macao |
| Maccium,-i; Maceiensis,-e (AAS 58 [1966] 431) | = Maceió (Brasilia) |
| Madagascāria,-ae (AAS 58 [1966] 208; Madagascanensis,-e) | = Madagaskar |
| Magonta,-ae; Magontanus,-a,-um (AAS 54 [1962] 708) | = Mahon |
| Mahenga,-ae (?); Mahengensis,-e (AAS 57 [1965] 209 sq.) | = Mahenge
(Africa Orientalis) |
| Makenia,-ae (?); Makenensis,-e (AAS 55 [1963] 24) <i>Latinus</i> : Macenia,
Macen(i)ensis,-e | = Makeni |
| Malāca,ae; Malacitanus,-a,-um (AAS 57 [1965] 339); <i>de prosodia cf.</i>
FORCELLINI, tom. VI, pag. 184 | = Malaga |
| Malāca,-ae; Malacensis,-e (AAS 58 [1966] 259) | = Malakka |
| Mălăvă,-ae; Malaviensis,-e (AAS 58 [1966] 477) | = Malawi |
| Manīla, -ae; Manilanus, -a, -um, Manilensis, -e | = Manila |
| Maracayum, - (?) ; Maracayensis, -e (AAS 58 [1966] 420); <i>melius</i> : Ma-
racaium, Maracaiensis, -e | = Maracay (Venetiöla) |
| Marianopolis, -is; Marianopolitanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 518 sq.) | = Montréal (?) |
| Masānum, - (?) ; Masanensis, -e (AAS 58 [1966] 617 sq.) | = Masan (Corea) |
| Matrītum, -i; Matritensis, -e (AAS 57 [1965] 150 sq.) | = Madrid |
| Mechlinia, -ae; Mechliniensis, - (AAS 54 [1962] 765) | = Mecheln |
| Mexicală, -ae (?); Mexicalensis, -e (AAS 58 [1966] 621) | = Mexicali |
| Mexicopōlis, -is; Mexicopolitanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 475) | = Mexico (City) |
| Měxicūm, -i; Mexicānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 475 sq., 515) | = Mexiko |
| Minneapōlis, -is; Minneapolitanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 664 sq.) | = Minneapolis |
| Mīnōrlcă, -ae; Minoricensis, -e (AAS 54 [1962] 502, 709) | = Menorca |
| Modoëtia, -ae (AAS 58 [1966] 527); Moddiciensis, -e (Ephem. Liturg.
76 [1962] 489; 75 [1961] 377 (Modoëtiensis, -e | = Monza |
| Mombāsa, -ae; Mombasaënsis, - (ASS 57 [1965] 336) | = Mombasa |

- Mōngōllā, -ae (VOX LATINA IV/1966, p. 4); Mōngōlī, -orum (Statio radiophonica Vaticana 12. 12. 1961, 17. 30^h) *adi.*: Mōngōlīcūs, -a, -um
= Mongolei
- Monrōvia, -ae; Monroviensis, -e (AAS 58 [1966] 349)
= Monrovia
- Monsvideus, Montisvidei (AAS 58 [1966] 245) SLEUMER, *op. mem.*,
p. 528: Mons Vidēus
= Montevideo
- Morotōa, -ae (?); Morotoënsis, -e (AAS 58 [1966] 128)
= Moroto
- Nāgāsāquūm, -i; Nagasākium, -i; Nagasakiensis, -e (AAS 54 [1962] 837;
57 [1965] 302) *Latinus*: Nagasāchium, Nagasachiensis, -e
= Nagasaki (Iaponia)
- Nairōbiā, -ae; Nairobiensis, -e, Nairobianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 132)
= Nairobi
- Nakornrajasima, -ae (?); Nakornrajasimaënsis, e (AAS 58 [1966] 529);
Latinus: Nacornraiasima
= Nakorn-Rajasima
- Neo-Eborācum, -i; Neo-Eborācēnsis, -e (AAS 57 [1965] 875.890.892)
LATINIT. 14 (1966) 112: Novum Eboracum, Novoëboracensis, -e,
Neoëboracensis, -e
= New York, Neuyork
- Nicārāquā, ae (?); Nicarāquānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 497)
= Nicaragua
- Nigēriā, -ae; Nigerianus, -a, -um (AAS 57 [1965] 149)
= Nigerien
- Nova Aurelia (AAS 54 [1962] 495)
= New Orleans
- Nova Guinēa (AAS 58 [1966] 268) (*Latinus*: Ginea, -ae f.)
= Neuguinea
- Nova Zelanda, -ae (AAS 54 [1962] 869; 55 [1963] 50); Nova Zelanda, -ae
(AAS 58 [1966] 269)
= Neuseeland
- Novocōmum, -i (AAS 58 [1966] 527)
= Novocomo (?)
- Nouakchottum, -(?); Nouakchottensis, -e (AAS 58 [1966] 57 *Latinus*:
Nuacsottum (Nuaxottum), Nuacsottensis, -e
= Nouakchott
- Nyassa, -ae (AAS 51 [1959] 794 sq.; 53 [1961] 587, Nyassalandia, -ae
(AAS 53 [1961] 296). LATINIT. 12 (1964) 53: Niassa, Niassensis, -e
= Nyassa (land)
- Oceania, -ae (AAS 54 [1962] 869; 58 [1966] 269)
= Ozeanien
- Oceanus Pacificus (AAS 58 [1966] 616)
= Pazifik
- Oliveira, -ae; Oliveirensis, -e (AAS 58 [1966] 432 sp.)
= Oliveira
- Olomucium, -i; Olomucensis, -e
= Olmütz
- Oslōa, -ae; Osloënsis, -e (AAS 57 [1965] 281)
= Oslo
- Ottiliensis (archiabbatīa, Congregatio Benedictina) (AAS 54 [1962]
554)
= St. Ottilien
(Bavaria)

- | | |
|---|-----------------------------|
| Pāchistānīā, -ae; Pachistaniensis, -e (AAS 58 [1966] 134. 232) | = Pakistan |
| Palmīra, -ae; Palmiriensis, -e (AAS 55 [1963] 22) Indorum | = Palmeira dos Indios |
| Palmopōlis, -is; Palmopolitanus, -a, -um (AAS 54 [1962] 841 sqq.) | = Palmares |
| Pānāmā, -ae; Panamensis, -e (AAS 57 [1965] 154) | = Panama |
| Papuasia, -ae (AAS 58 [1966] 268); Papuasiensis, -e (?) | = Papua |
| Pārāquārīā, -ae; Paraquarianus, -a, -um, Paraguayanus, -a, -um (AAS 54 [1962] 500; 57 [1965] 348). <i>Latinius</i> : Paraguaianus, -a, -um | = Paraguay |
| Paulopōlis, -is; Paulopolitanus, -a, -um (AAS 58 [1966] 665) | = Saint Paul
(Minnesota) |
| Peramīhōā, -ae (?); Peramihoēnsis, -e (AAS 57 [1965] 210) | = Peramiho (Tansania) |
| Pērūviā, -ae; Peruvianus, -a, -um (AAS 58 [1966] 46.280) | = Peru |
| Phucuonga, -ae (?); Phucuongensis, -e (AAS 58 [1966] 545 sq.) | = Phu-Cuong
(Vietnamia) |
| Plātā, ae (?); Platensis, -e (AAS 58 [1966] 435) | = La Plata |
| Platīa, -ae; Platiensis, -e (AAS 54 [1962] 706) | = Piazza Armerina |
| Pōlōnīā, -ae; <i>inc.</i> : Polōnī, -orum; <i>adi.</i> : Polōnicus, -a, -um (AAS 58 [1966] 205-210. 393) | = Polen, Polonia |
| Portiuncula, -ae (AAS 58 [1966] 631) | = Portiunkula |
| Portorīca, -ae; Portoricensis, -e (AAS 57 [1965] 284) | = Puerto Rico |
| Portus Herculis Monoeci; Monoecensis, -e (ASS 54 [1962] 527 sq.) | = Monaco |
| Premislīa, -ae; Premisiensis, -e (AAS 58 [1966] 628) | = Przemysl (Polonia) |
| Pusānum, -i (?); Pusanensis, -e (AAS 58 [1966] 617) | = Pusan (Corea) |
| Quēbēcūm, -i; Quebecensis, -e (<i>cf.</i> AAS 58 [1966] 240 sq.) | = Quebec, Quebeck |
| Quercopōlis, -is; Quercopolitanus, -a, -um (AAS 54 [1962] 839), secundum sententiam Iohannis Caroli Pulchrimontani, professoris Dilingani, (<i>epist.</i> 8. 3. 1963) rectius scribitur: Quercipolis (Quercupolis) | = Oakland
(California) |

Quītūm, -i; Quitensis, -e (AAS 58 [1966] 433 sq.)	= Quito
res publica Arabīca Syriāca (AAS 58 [1966] 204)	= Arabische Republik Syriens
res publica Arabīca unīta (AAS 58 [1966] 203; LATINIT. 12 [1964] 53 sq.)	= Vereinigte Arabische Republik
res publica Foederatarum Austriae Civitatum (AAS 58 [1966] 512)	= Bundesrepublik Österreich
res publica Foederalis Germanica; res publica Foederata Germaniae; Foederata Germanica res publica (AAS 57 [1965] 704-712; 58 [1966] 447)	= Deutsche Bundesrepublik
Rhēnānia, -ae (Septentrionalis)	= (Nord-) Rheinland
Rich(i)mondia, -ae; Richmondiensis, -e (AAS 58 [1966] 664)	= Richmond
Rivus Muniensis (AAS 58 [1966] 421 sq.)	= Rio Muni
Rivus Niger (AAS 57 [1965] 280)	= Rio Ne(g)ro
Ruanda, -ae (AAS 54 [1962] 547); Ruandensis, -e	= Ruanda
Sahara, -ae (<i>alii:</i> Sāhārā, <i>alii:</i> Sāhārā, <i>Arabice:</i> sahrā)	= Sáhara
Saigōnum, -i (?); Saigonensis, -e, Saigoniensis, -e (AAS 50 [1958] 109; 51 [1959] 88 sq.; 58 [1966] 130 sq., 426 sq., 545 sp.); Saigonum, -i (AAS 58 [1966] 911)	= Saigon (Vietnamia)
Salisburgum, -i; Salisburgensis, -e (AAS 54 [1962] 435), <i>antiquitus:</i> Iuvāvum, Iuvavensis, -e	= Salzburg (Austria)
Salvātōria, -ae; Salvātōriānus, -a, -um	= Salvador
Sangaium, -i; Sangaiensis, -e (cf. AAS 38 [1946] 302: in Sciamhaeven-si urbe)	= Schanghai, Shanghai
Santanderia, -ae (?); Santanderiensis, -e (AAS 57 [1965] 284)	= Santander
Scatinavia (PLIN. nat. 4,96)	= Skandinavien
Sēnēgālīa, -ae; Senegaliensis, -e, Senegalensis, -e (AAS 54 [1962] 731; 58 [1966] 273 sq., 349, 557, 619; LATINIT. 12 [1964] 55)	= Senegal
Seulia, -ae (Seūlum, -i); Seulensis, -e (AAS 54 [1962] 553 sq.)	= Söul, Seul (Corea)
Sīnus Cālīfōrnīac (AAS 58. [1966] 621)	= Bucht von Kalifornien
Southvārcūm, -i; Southvārcēnsis, -e (AAS 58 [1966] 260-262)	= Southwark
Steinfēldīa, -ae; Steinfeldensis, -e	= Steinfeld

- | | |
|---|-------------------------------------|
| Sudānus, -i (f); Sudanensis, -e cf. LATINIT. 12 (1964) 56: Sudania, Su-
daniensis, -e | = Sudan |
| Suētia, -ae (<i>minus recte</i> : Suēcia); <i>inc.</i> : Suēti, -orum; <i>adi.</i> : Suēticus, a,
-um | = Schweden |
| Taegūa, -ae (?); Taeguēnsis, -e (AAS 54 [1962] 553 sq.; 58 [1966] 618) | = Taegu (Corea) |
| Taipēha, -ae; Taipēhēnsis, -e | = Taipeh |
| Tāngānīcā, -ae (AAS 52 [1960] 323); Tanganyīka, -ae; Tanganyicānus, -a,
-um (AAS 57 [1965] 209 sq.); cf. LATINIT. 12 (1964) 57: Tanganica,
Tanganicanus, -a, -um | = Tanganyika
(Africa orientalis) |
| Tānsāniā, -ae | = Tanzanía |
| Tēhērānīa, -ae; (Teheranium, -i n.) Teheraniensis, -e (AAS 58 [1966]
350) | = Teheran |
| Thailāndīa, -ae; Thailandensis, -e (AAS 49 [1957] 897 sq.; 58 [1966]
259.554 sq.) | = Thailand |
| Tibetum (-us ?); Tibetānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 325). Cf. TANQUE-
REY-BORD, <i>Synopsis theologiae dogmaticae fundamentalis</i> ²⁵ , Tornaci
(Belg.) 1947, p. 376: in Thibetum ingressus est. Cf. KÜRSCHNER,
<i>Lexikon der sechs Weltsprachen</i> , vol. II, Berlin-Leipzig 1931, p.
3798: <i>Lat.</i> : Thibetānus, -a; <i>Hispanice</i> : tibetano (-a). | = Tibet |
| Tiēntsīa, -ae (?); Tientsiensis, -e (AAS 45 [1953] 514) | = Tientsin |
| Tokienum, -i; Tokiensis, -e (AAS 58 [1966] 631) <i>Latinius</i> : Tōc(h)īēnūm,
Toc(h)iensis, -e | = Tokio, Tōkyō |
| Triflūviūm, -i; Trifluviensis, -e (AAS 58 [1966] 42 sq., 240 sq., 595 sq.) | = Trois-Rivières |
| Truna, -ae (<i>fluvius</i>): Münchener Katholische Kirchenzeitung, ann. 59,
n. 6, 6 Febr. 1966, pag. 13. | = Traun |
| Tsēchōslōvāchīa, -ae, Cecoslovachia, -ae; <i>incolae</i> : Cecoslovachi, -orum;
<i>adi.</i> : Cecoslovācus, -a, -um | = Tschechoslovakei |
| Tulcānum, -i (?); Tulcanensis, -e (AAS 58 [1966] 124 sq.) | = Tulcan |
| Tunes, -ētis f. et Tunēta, -ae; Tunētānus, -a, -um (AAS 57 [1965] 217.
280). Cf. LATINIT. 12 (1964) 58: Tunesia, Tuniensis, -e | = Tunis, Tunesien |
| Tūrcī, -orum LATINIT. 7 (1959) 307; Cf. Voc. LAT. IV/1966, p. 40. | = Türken |
| Tzērnicūs, i; Tzernicensis, -e (AAS 57 [1965] 282) | = Zernick, Zernico |
| Ubonum, -i (?); Ubonensis, -e (AAS 58 [1966] 259) | = Ubon |
| Ucraīna, -ae (= Bucovētia, -ae); <i>inc.</i> : Ucraīni, -orum; <i>adi.</i> : Ucrainicus,
-a, -um (AAS 54 [1962] 493; 55 [1963] 218-220; 57
[1965] 278) | = Ukraine |

Ugāndā, -ae; Ugandensis, -e (AAS 58 [1966] 423. 565)	= Uganda
Urūquāriā, -ae; Uruquarianus, -a, -um (AAS 54 [1962] 694 sq.; 58 [1966] 245); Uruguaianensis, -e (AAS 50 [1958] 195 sq.)	= Uruguay
Välčhiā, -ae; <i>inc.</i> : Valachi, -orum; (<i>adi.</i> : Valachicus, -a, -um)	= Walachei
vallis Sarantāna	= Sarntal
Vāncūvēriā, -ae; Vancouverensis, -e (AAS 58 [1966] 166)	= Vancouver
Vārmā, -ae; Varmiensis, -e (AAS 58 [1966] 277 sq.)	= Ermland
Vāshingtōnā, -ae (?); Washingtonensis, - (AAS 58 [1966] 424 sq.); cf. BACCI, Lexicon ⁴ , p. 839; Vasingtōnum, Vasingtōnia	= Washington
Vēnētiōlā, -ae; Venetiolānus, -a, -um (AAS 58 [1966] 346-348, 417 sq., 420)	= Venezuela
Vēstfālia, -ae; <i>incolae</i> : Vēstfālī, -orum; <i>adi.</i> Vēstfālicūs, -a, -um	= Westfalen
Vēstmōnāstērūm, -i; Vestmonasteriensis, -e (AAS 57 [1965] 278; 58 [1966] 166. 609)	= Westminster
Vlēntiānā, -ae (?); Vientianensis, -e (AAS 44 [1952] 384. 707)	= Vientiane
Vlētnāmā, -ae (ASS 51 [1959] 88; 57 [1965] 333; 58 [1966] 130 sq.), Vietnamus, -i (f. ?) (AAS 57 [1955] 159); Vietnamensis, -e (AAS 56 [1958] 109; 51 [1959] 84-86; 58 [1966] 426. 545 sq.), Vietnamensis, -e (AAS 53 [1961] 85-88; 54 [1962] 381), Vietnamia Meridionalis (Septentrionalis)	= Vietnam (Süd-, Nord-)
Vilicium, -i (?); Villicensis, -e (AAS 58 [1966] 400-402)	= Vilich (Germania)
Voniua, -ae (?); Voniuensis, -e (AAS 58 [1966] 126) <i>rectius</i> : Vōnsūā, -ae (?)	= Won-ju (Corea)
Xuanlocum, -i (?); Xuanlocensis, -e (AAS 58 [1966] 426 sq.)	= Xuan-Loc (Vietnamia)
Zāgrābiā, -ae; Zagrabiensis, -e	= Zagreb
Zānzibārā, -ae (?); Zanzibarensis, -e (AAS 57 [1965] 336), LATINIT. 12 (1964) 58: Zanzibāria, Zanzibariensis, -e; <i>melius</i> : Sānsibāriā, Sansibariensis, -e	= Sansibar

P. CAELESTIS EICHENSEER
In Archiabbatia Ottiliensi Professor
(St. Ottilien) in Germania

B I B L I O G R A P H I A

PLANQUE, ANEME, LERMINLAUX, CHILAIN, DETELLE. — *Gramática Griega*. Traducción de la 3.^a edición francesa por A. Planas, C.M.F. Segunda edición revisada por I. González, C.M.F. Textos Palaestra. Barcelona, 1967, 272 págs.

Alteram editionem a litteratissimo viro I. González recognitam maximo perfusus gaudio legendam et judicandam accepi; eandemque atque in prima editione, paucis mutatis, inveni. Id est: de opere agitur quod fere absolutum fereque expletum semper mihi visum est, (decem annos, aperte dicam, Barbastri ad schoias meas apud me maxima voluptate cam habui!). Nam ex methodo scientifica, alumnis vero aptata, ex paradigmatis, ex dispositione regularem et claritate, ex materiae copia perspicue oblatae, Gramatica haec ab omnibus magistris optima putari debet. Hoc tamen Grammaticae Graecae —ut mea est opinio— deest: quod compleri debet altero versionis et exercitorum libro quo alumni in usu regularum exerceantur.

Liber in duas dispartitur partes: de Morphologia et de Syntaxi. Morphologiae tamen haec est divisio: de declinatione, de nominis adjectivi gradibus, de numeralibus, de personalibus, de verbo. Syntaxis tripartito dispartitur: de articuli syntaxi, de mominis syntaxi, de verbi syntaxi seu de orationibus. Quae ultima pars ex ordine et modo rem totam pertractandi optima libri jure videtur.

Grammatica Graeca permultis virtutibus eminet —ut antea diximus—, laudibus quae nostris cumulatur cum instrumentum optimum sit discipu-

lis ut linguam graecam penitus calleant.

J. ARAMENDÍA, C. M. F.

ALONSO, M. — *Redacción, análisis y ortografía*, 6.^a edición. Aguilar, Madrid, 1966, 348 pag.

Hac sexta editione clmi. Prof. M. Alonso, rerum quae ad grammaticam, linguam, stilum spectant peritissimi, suminopere opus commendatur. Id unum in primis auctor sibi proposuit: regulas seu normas recte scribendi alumnis tradere. Quare scitissime, quae ipsi est peritia, tractat: Formas pronominales, periphrasticas, verbi non personales, adjectivas et lexicographicas. In re stylistica agit quo modo themata elegantur et mens in cogitando rite instituatur, de textibus litterariis interpretandis, de versione ceterisque rebus maximi momenti. Praeterea 305 exercitia analysis syntacticci offert. Syntaxi recentiori apud nonnullos scriptores nostrae aetatis studet; summam historicam habet de genere dicendi; syntesim criticam comparativam adiungit. De neologismorum ratione et disciplina fuse pertractat. Quaenamplius exercitia orthographica et ad scribendum utilissima adhibet. Liber omni ex parte et professoribus et alumnis commendandus.

SÁNCHEZ ESCRIBANO, F - PORQUERAS MAYO, A. — *Preceptiva dramática española*. Del renacimiento al barroco. Edit. Gredos, Madrid, 1965, 258 pag.

Opere, quod lectoribus commendamus, auctores collegerunt textus

seu testimonia praecipuorum scriptorum saeculorum XV-XVII, qui de ratione dramatica illis temporibus disputatione. Una videtur via ad cognoescendum quid illi sentirent scriptores aetatis litterarum renasecentium et barocarum de comoedia, tragoeadia, tragicomoedia in primis apud Hispanos quantumque in re de aristotelicis opinionibus discreparent, ut praesertim "comoedia nova" quae dicitur, vindicaretur.

Opus Prof. Sánchez - Porqueras maximi momenti in arte praceptiva dramática habemus atque commendamus.

PATTISON, W. T. — *El naturalismo español*. Edit. Gredos, Madrid, 1965, 191 pag.

W. T. Pattison annos illos 1875 - 1897 revocare intendit quibus naturalismus francogallicus in Hispaniam pervenit et apud Hispanos cum imitatores in scribendo sibi devinxit tum acerrimos quoque concitavit oppugnatores. Naturalismus in Hispania vehementius accedit animos auctiles non tantum in re litteraria verum etiam in re politica inter liberales qui audiunt et conservatores. Tamen qui naturalismi praeceptis in Hispania adhaeserunt, numquam neque determinismum physiologicum qui dicitur neque voluptariam in quibusdam immundis vitae aspectibus positam doctrinam probaverunt; immo potius vernaculum naturalismum scriptores hispanici poetico quodam sensu perfuderunt ita ut plurimum a naturalismo francogallico distarent.

MICÓ BUCHÓN, J. L. — *Curso de teoría y técnica literaria*. Editorial Casals, Barcelona, 1964, 655 pag.

Quod lectoribus opus praebemus, liber plane est manualis et, quamvis

haud parvae molis, in compendium redactus. Patris Micó Buchón opus dividitur in partes tres quarum prima pulchritudini, arti, artifici destinatur. Altera pars studio verbi dicendi generi dicatur, quin praeter recentiores doctrinas linguisticas et stilisticas oblivioni dentur classica illa praecepta Aristotelis, Platonis, Ciceronis, Quintilianique. Tertia pars operam litterariam quam vocamus amplectitur, ubi laographicæ formæ ("folk-lore"), fabula, facete dictum, proverbium, historiographia, ars dramatica, epica, lyricalia, cinematographica, radiophonica, televisiva, diurnariorum officia cetaraque scitissime tractantur.

Opus diutissimi studii et investigationis, ut patet ex abundanti bibliographia qua unumquodque caput exornatur; in quo et alumni quidquid ad dicendi genus pertinet humanum facile invinent.

Vox. — *Enciclopedia Mediana Vox*. Publicaciones SPES y VOX. Barcelona, 1967. 678 pag.

Hoc opus, ut ex indice hispanico patet "ENCICLOPEDIA MEDIA-NA VOX", tamquam instrumentum in primis ad laborandum et consulendum est exaratum pro alumnis praesertim primorum annorum institutionis mediae. Qui liber cum rationi encyclopediae respondeat quae in discenda lingua innititur, non certe voces faciles intellectu complectitur sed vocabula illa in quibus major appetit difficultas. Hoc opere instructus alumnus lexica et encyclopedias in dies ampliora et difficiliora consulere ipse ediscet, simul atque magister in eo inveniet quamplurimas res et materias in dictione geographiae, historiae, biographiae ceterarumque disciplinarum, quas

pueris in exercitium proponat, ut recentior "schola activa" quae dicitur, expostulat.

Haec pulcherrima operis editio quamplurimis imaginibus photographicis, decem tabulis vivido colore depictis, duodecim chartis geographicis illustratur.

M. MOLINA, C. M. F.

SEEL OTTO. — *Vox humana*. Ein Lesebuch aus Cicero. Lateinisch und deutsch. 2 Auflage. 324 pag. Klett, Stuttgart, 1963. 2, 80 DM.

Exemplum nobis praebere ejus vi-
ri qui omnibus fere temporibus omni-
busque doctissimis hominibus lo-
quendi magister exstitit, in hoc libro
intendit auctor. Hocque, ut mihi vi-
detur, omino assecutus est. Sed hoc
in aliis pretiosissimum, quod verba
Ciceronis quasi aeterna lectoris oculi
in hoc opere apparent. Etiam lin-
guae latinae parum gnari optimos
hunc librum legendo percipient fruc-
tus.

J. ASPA.

SERVICIO INFORMATIVO ESPAÑOL. —
España, Estado de derecho, pp.
200 Madrid, 1964.

Liber 200 paginarum de jure auctoritatis exercendae in hispania quo, Hispaniae rectores opinionibus juris peritorum Consilii Internationalis Genevae (Ginebra) vulgatis respon-
det ac sua vindicat jura in auctoritate tenenda exercendaque, immo et ea prorsus valida ac vera esse con-
firmat.

En index quaestionum: fundamen-
ta historica "regiminis" (pp. 17-34);
munus leges ferendi (pp. 43-53); mu-
nus eas exercendi (pp. 59-76); munus
judiciale (pp. 91-124); civium liberta-
tes et jura (pp. 135-161); ordo legis

poenalis (pp. 171-187); consecaria
(p. 193).

Liber a jurisperitis hispanis ordi-
nata subtilique ratione compositus
qui non concitato nimium animo
hoc documento causam defendunt,
sed aequo ponderatoque judicio, ut
veri justique auctores, sententiam
suam edicunt.

C. LATORRE GIRAL, C. M. F.

SEEL OTTO. — *Die Platonische Aka-
demie*. Eine Vorlesung u. e. Ausei-
nandersetzung. 67 pag. Klett, Stutt-
gart. 2,80 DM.

Duobus partibus parvus liber cons-
tat. In alia doctrinam auctor per-
sequitur; in alia subtiliter de ea ju-
dicat; sed in utraque parte Platonis
idearum antiqua doctrina cum nos-
trorum quaestionibus confertur. Pla-
tonis Acadeniae doctrinis fretus, illa
quae academicae institutionis sunt
propria auctor evolvit; id est, quae
vera sunt accipere, rationis propriam
regionem agnoscere, libertatem de-
fendere, cum omnibus sermonem
instituere; quae quidem omnia ho-
rum temporum hominibus gratissima
erunt.

STOLZ - DEBRUNNER - SCHMID. —
*Geschichte der lateinischen Spra-
che*. Slg. Göschen Bd. 492/492a.
145 pag. Walter de Gruyter, Ber-
lín, 1966. DM. 5,80.

De lingua latina ejusque historia
optime et presse agitur in hoc parvo
libro, quae cum indogermanica et
italicis linguis saepe confertur. Quae
de Graecorum lingua, Etruscorum.
Venetorum, Ligurum, Illyricorum at-
que Poenorū latina lingua desump-
serit etiam auctores investigant. De-
inde ad breve pristinae Romano-
rum linguae studium deflectunt pau-

cis qui exstant locis, ut legibus, inscriptionibus, freti. Tandem linguam quam classicam dicunt et postclassicam tractant, quantum inter se differant quamque cum linguis romanis Romanorum lingua necessitudinem habeat.

THEILER, W. — *Forschungen zum Neuplatonismus*. Quellen u. Stud. z. Gesch. d. Philosophie Band X. X-336 pag. Walter de Gruyter, Berlin, 1966. DM 48.

Omnis quae in hoc optimo libro colliguntur disputationes ad Platoniorum spectant doctrinam, quae quidem maxime Caesarum temporibus in imperio vigebat. Primum Epicureorum philosophia, Stoicorum et Peripateticorum ubique erat. Sed jam inde a tertio saeculo Platoniorum doctrina primas habuit partes, cuius doctrinae Ammonius, Plotinus, Porphyrius et Augustinus inter praesipuos auctores numerari debent. Aliae etiam philosophiae quaestiones —ut Deus et Anima— portractantur, quo unum quiddam ex multis fieri videtur in libro.

REYNOLDS, L. D. — *L. Annaei Seneca ad Lucilium Epistulae Morales*. Tomus II, Libri XIV-XX. Clarendon Press: Oxford University Press.

Hoc volumen una cum ejusdem operis I vol. Dr. J. Jiménez in pag. 145 n.º 195 Pal. Latinae jam recensuit.

YOUNG, D. — *Ps. - Pythagoras. Ps. - Phocylides. Chares. Anonymi Aulodia. Fragmentum Teliamthicum*. Lipsiae, in aedibus B.G. Teubneri. 1961.

In his Theognidis reliquiis edendis omnes qui exstant codices recen-

suisse videtur auctor, sed aliquos XV et XVI saec. codices praeterit de quibus in quodam opusculo anno 1953 sedulo ac scienter jam scripserrat. Familiae Planudeae X ur I codicum minimam ducit esse auctoritatem. In his vero quae ad sermonem Megarensis poetae vel ad orthographiam pertinent tum consensum codicum tum optimi codicis A auctoritatem sequitur plerumque. Itaque de codicibus et de Theognidis operibus accurate disputat auctor in praefatione, primam et alteram elegiam affert, aliqua sedis incertae fragmenta atque dubia; et tandem *Pseudopythagorica carmina*, *Pseudophocylideas sententias*, *Charetem*, *Anonymi Aulodiam* atque *Fragmentum Teliamthicum*. Liber optimis indicibus ad Theognideum absolvitur.

J. ASPA.

DOWNEY, G. — *Themistii orationes quae supersunt*. Vol. I Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri. 1965.

Quae nobis Themistii orationum editio hodie in Bibliotheca Teubneriana offertur eadem est quae ante annum 1919 Henricus Schenkl elaboravit et recensuit quam vero G. Downey novis et optimis additamentis auxit. Etenim cl. vir H. Schenkl anno 1919 textus recensionem et codicum collationes jam finiverat cum repente e vita discessit. Opus deinde G. Downey ad finem perduxit. Primo quidem Henrici Schenkl apparatus criticum et testimonia exscribenda assumpsit, non tamen integra quia tum casus *jotacismi* tum menunda orthographica non semper ponderis esse duxit; commentationes deinde post H. Schenkl mortuum prolatas addidit nonnullosque quos locos parallelos appellant. Itaque non parvum munus G. Downey sibi desunipsit ut ex praefatione appareat.

in qua codices describuntur, numeri paginarum atque orationum comparantur, commentationes criticae, compendia nominum et conspectus siglorum afferuntur. Textus vero 19 Themistii orationes comprehendit.

LUSCHNAT, O. — *Thucydidis Historiae*. Vol I, libri I-II. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri, 1960.

Thucydidis operis tres optimas editiones clarissimus vir Carolus Hude annis 1898 et 1901 in Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana primum jam ediderat. Quare haec quam hodie O. Luschnat nobis proponit quarta est editio illius ipsius textus cuius Hude, iterum codicibus collatis atque testimonis perpensis, jicit fundamenta. Et in hac quidem editione auctor papyrorum Aegyptiacarum lectiones critico apparatu inseruit easque ad textum emendandum aliquando adhibuit. Haec fere hujus voluminis distributio: post brevem O. Luschnat editoris praefationem vitae Thucydidis a Marcellino atque ab incerto scriptore descriptae subsequuntur quibus textus cum apparatu critico librorum I et II Historiae Thucydidis apponuntur.

JAEKEL, S. — *Menandri Sententiae. Comparatio Menandri et Philistionis*. Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, 1964.

Haec Menandri *Sententiarum* editio Byzantinis codicibus fere continetur; sed codices Vindobonenses et Parisinos ipse auctor contulit novosque praeterea monostichorum codices, quos inventit, adduxit. Itaque in hoc volume S. Jaekel primo de Menandri sententiis codicibus Byzantinis traditis, de traditione Monostichorum aliis locis data, de editioni-

bus *Sententiarum* Menandri, de Comparatione Menandri et Philistionis, de origine et fontibus Monostichorum fuse in praefatione agit. Conspectus editionum et studiorum affertur, nec non notae auctorum et virorum doctorum atque compendia et sigla codicium. Postea Menandri *Sententiarum* fragmenta nuper reperita afferuntur cum illis quae e codicibus Byzantinis ductae sunt atque ipsa Menandri et Philistionis comparatio. Omnibus his multiplices ac variis indices adduntur.

KOERTE, A. — *Menandri quae supersunt Reliquiae apud veteres scriptores servatae*. Pars II. Editio II. Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri 1959.

Hic liber jam anno 1943 imprimi debuit, ut ex praefatione quam Lipsiae eo anno ipse Koerte scripserat satis constat. Sed primum quia bellico incendio typi deleti sunt, deinde quia ipse Koerte e vivis discessit, ad annum 1953 in lucem emitti non potuit. Officium aliqua in eo examinandi cl. vir A. Thierfelder bibliopolae rogatu suscepit. Haec tandem altera est editio alteraque pars quae anno 1959 prodit. Non pauca testimonia de Menandri locis primun in libro invenies, deinde ipsae Menandri reliquiae seu fragmenta apud veteres scriptores servata quibus omnibus plurima addenda et indices adjiciuntur.

NICKAU K. — *Ammonii qui dicitur liber de adfinium vocabulorum differentia*. Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, 1966.

Inter praecipuas Ammonii editiones illa quae Valckenaer anno 1739 edidit habenda est, permultas enim superiorum editionum correctiones

removit, Aldinae lectiones restituit, Vossii collectionem adhibuit totumque denique opus luculentissimis notis illustravit. Huic optimo operi pauca qui secuti sunt editores addiderunt. Optime tamen post Valckenae auctorem Arthurus Kopp de his studiis meritus est cum Ammonium aliosque codices ex aliquo communi forte derivari intellexerit. His omnibus bene versatis, optimam Ammonii editionem K. Nickau lectoribus hodie offert in qua de Ammonii Lexico rem accuratissime investigatam, lector, invenies.

PITTANO, G. — *Dizionario latino-italiano italiano-latino*. XIV-1671 pag. Ed. Scolastiche Mondadori. L. 5800.

Lexicon cuius hodie in nostris commentariis judicium proponimus, et si discipulis mediae et superioris institutionis destinatur, non parvis tamen excellit laudibus atque proprietatibus valde probandis ipse notatur. Primo enim aptissima rerum dispositio atque apparatus typographicus nobis videntur, siquidem illi etiam, qui prima linguae latinae elementa discunt, voces eorumque significationes facile et confessim invenire possunt. Magnam deinde rerum copiam in lexico invenies cuius insuper sententiarum et locutionum facultas atque varietas summa est nam tum ab aureis saeculis tum a posterioris aetatis scriptoribus desumuntur. Tota denique lexici ratio ac dispositio singularis atque eximia est. Sermo italicus clarus ac vividus, non obsoletis verbis confectus, sed usitatis et cotidianis. Quibus ex omnibus fit ut hoc lexicon vere optimum atque felicem consecuturum exitum judicemus.

SCHÖNE - EISENHUT. — *Sallust Werke und Schriften*. Lateinisch-deutsch (Tusculum) 8.^o Leinen, 560 S., 3 Verb. Auflage, Ernst Heimeran Verlag, München. 1965. DM 17'50.

In praeclarissima Bibliotheca cui index "Tusculum" edita, varia volumina ad nos nuper missa lectoribus nuntiare nobis proponimus. In quibus primum Sallustii opera sint quae pretioso 559 paginarum volumine continentur. Sic totum volumen distribuitur. *Catilinae Conjuratio* initium libri facit quam *Bellum Jugurthinum* sequitur. Haec Sallustii opera W. Schöne accurate in linguam germanicam transfert. Postea cetera quae a Sallustio auctore dicuntur scripta invenies ut *Orationes et Epistulas de historiis excerptas*, *Epistulas ad Caesarem senem de re publica*, *Invectivam in M. Tullium Ciceronem*, atque *In C. Sallustium Crispum invectivam*. Quae quidem opera W. Eisenhut optime germanice interpretatus est. Ad ultimam vero libri partem praefationes, adnotaciones et indices rediguntur. Itaque W. Eisenhut de Sallustio ut Historiarum scriptore atque de auctoritate invectivae et epistulae ad Caesarem primum disputat. Deinde W. Schöne de compositione textus investigat. Et denique commentaria, indices nominum atque bibliographia adduntur.

KASTEN, H. — *M. Tulli Ciceronis Epistularum ad familiares libri XVI*. Lateinisch - deutsch (Tusculum). 8.^o, 1076 S. Ernst Heimeran Verlag, München. DM 38.

Mirum sare tam parvo et pulchro volume, quod tamen ad 1076 paginas protendit, omnes Ciceronis ad Familiares epistulas concludi posse. Nec vero illae tantum; nam post

sedecim harum epistularum libros, quarum textum H. Kasten optime lingua germanica interpretatus est, non paucae subsequuntur adnotaciones. Ita duas longas appendices volumini auctor apponit. In prima Ciceronis chronologiam, ad unamquamque epistulam adnotationes, epistularum diversa adjuncta, indices nominum et rerum, aliaque bene multa lectori p[re]ae oculis ipse demonstrat. In altera vero earum XIII libri epistularum textus quae in germanicum suo loco non versae sunt inveniuntur.

RÖSCH, E. — *Ovid, Metamorphosen.*
Lateinisch-deutsch (Tusculum). 8.^o,
775 S. Ernst Heimeran Verlag.
München. DM 20.

Jam ad Ovidium transeamus. Evidem in hoc alio volumine, in Bibliotheca E. Heimeran quae "Tusculum" vulgo appellatur, quindecim Ovidii Metamorphoseon libros, perbelle et nitide editos, invenimus. Ciarus vir Erich Rösch editionem, quae quidem jam tertia est, paravit, textum latinum interpretatus est eumque germanicis bene cadentibus exametris expressit. Alteram hujus libri partem, parvis sed clarissimis litterulis scriptam, plus quam centum septuaginta paginae constituunt in quibus multa ad Ovidii vitam et apera pertinentia optime disceptantur. De his vero, id est de poeta et poemate, de textus compositione, de unoquoque libro, de nominibus et rebus Von Hans Färber fuse inquit.

DIRLMEIER, F. — *Platon, Phaidros.*
Griechisch - deutsch (Tusculum).
8.^o, 192 S. Ernst Heimeran Verlag,
München. DM 9'80.

Et opus graecum, id est Platonis

Phaedrus, in eadem collectione cui index "Tusculum" editum, lectoribus nuntiare debemus. Parvus quidem liber, centum nonaginta fere paginarum, sed pretiosus. In eo, lector suavissime, Platonis operis textum graecum nitidissime expressum qui et optime in germanicum sermonem a clarissimo auctore Wolfgang Wuchwald conversus est, primo invenies. In ultimis vero libelli paginis aliqua non parvi momenti auctor inquirit, quae ad textum graecum, ad bibliographiam, ad hanc novam in germanicum conversionem, ad aliquos seorsim locos pertinent.

BAYET, J. — *Tite-Lives Histoire Romaine.* Livre VI. VIII-136 pag.
"Les Belles Lettres". París, 1966.

Continuo ad nos optimae gallicae Collectionis "Les Belles Lettres" volumina perveniunt quae vehementissime lectoribus et nuntiamus et commendamus. Titi Livii Historiae sextus liber hic quem primo nuntiamus est cuius textum J. Bayet recognovit atque in gallicum sermonem convertit. In hoc sexto libro Livius de rebus romanis agit, id est de illa quasi "securda origine renatae urbis" inde ab anno 363 ab U. c. usque ad discordias anno 384 ab U. c., postquam praetores et aediles curules creati sunt, sedatas. In appendicibus de inquisitione historica, de Romae institutione, de Manlio Capitolino aliisque auctor agit.

ANDRE, J. — *Pline l'Ancien: Histoire Naturelle.* Livre XX. 228 pag.
"Les Belles Lettres". París, 1965.

Plinii Veteris Historiae Naturalis liber XIX. N.^o 193 Palaestrae Latinæ nuntiatus est, cui hodie librū XX addendum admonemus. Ipse J.

André ut in priore volumine textum latinum recognovit ac gallice interpretatus est eique optima addidit commentaria. Centum quos liber complectitur capitibus de medicinis agit Plinius ex his quae in hortis se runt deductis. Ultimas fere nonaginta paginas suis commentariis J. André tribuit.

SAINT-DENIS, E. DE. — *Pline l'Ancien: Histoire Naturelle.* Livre XXXII. 147 pag. "Les Belles Lettres". París, 1966.

Ejusdem Plinii librum XXXII vulgatum habemus eumque ab E. de Saint-Denis diligenter paratum qui textum aptavit, gallicam versionem composuit et ad unumquodque caput commentaria in fine libri adjectit. 54 hujus libri paragraphis Plinius medicinas ex aquatilibus nobis tradit ut in ultimis libri XXXI verbis clare expreserat: "nunc praevertemur ad marina animalia". Saint Denis, ut ipse in praefatione indicat, magis Jan in textus editione quam Mayhoff sequitur.

VUILLEUMIER P. ET TUPET, A. M. — *Cicéron's Discours. XIII, 2. Sur la Réponse des Haruspices.* 83 pag. "Les Belles Lettres". París, 1966.

In N.^o 193 Palaestrae Latinae etiam Ciceronis orationum librum XIV, id est orationes *Pro Sestio* et *In Vatinium* lectoribus nuntiabamus. Nunc novum volumen penes nos est, id est XIII, in quo *Oratio de Haruspicum responsis* continetur. P. Vuilleumier et A. M. Tupet textum latinum aptaverunt atque gallice interpretati sunt eumque brevi sed luculenta praefatione instruxerunt. Optimus quidem libellus in quo et praecipuae editiones et com-

mentationes, quae de hac Ciceronis oratione prodierunt, indicantur.

GRIMAL, P. — *Cicéron: Discours, XVI-1re Partie, Contre Pison.* 196 pag. "Les Belles Lettres". París, 1966.

In alio *Orationum* volumine, quod XVI est, eam quam in L. Pisonem romanus orator habuit invenimus. Hujus libri editionem clarus Professor P. Grimal paravit, id est textum latinum recognovit, in gallicum versionem composuit, notisque non paucis volumen complevit. In doctissima praefatione auctor de his omnibus, quae aliquo modo *Orationem in L. Pisonem* attingunt, agit; et breviter ab ipso editiones et commentationes indicantur praecipue consulendae. In textus editione constituenta auctor, ut ipse fatetur, M. R. G. M. Nisbet sequitur qui suam editionem Oxonii anno 1961 edidit.

TESTARD, M. — *Cicéron: Les devoirs. Livre I.* 205 pag. "Les Belles Lettres". París, 1965.

Hunc optimum in Collectione "Les Belles Lettres" editum librum, in *Palaestra Latina*, N.^o 195, pag. 136, nuntiatum ac recensum, lector, invenies.

FELDMAN, L. H. — *Josephus: Jewish Antiquities, Books XVIII-XX.* With an english translations. Vol. IX. XI-812 pag. Loeb. London. 1965. 25 s.

Josephi, judaei historici, opus, quod *Antiquitas Judaica* inscribitur, viginti libros complectitur quibus universa Hebraeorum historia continetur inde a mundi principio usque ad duodecimum imperii Neronis an-

num. In primis decem operis libris narratio usque ad babyloniam captivitatem ducitur quae in sequentibus amplificatur, et tandem in tribus ultimis Iudeae et Herodis filiorum quae fuerit sub Augusto aliisque imperatoribus historia narratur. Quod recensemus volumen postremum operis Josephi est a Loeb Classical Editrice domo accuratissime editum, cui insuper index generalis novem vulgatorum voluminum, ducentis prope paginis constans, adjicitur.

NEUMAN, G. — *Gesten und Gebärden in der griechischen Kinst.* 225 pag. Walter de Gruyter. Berlin. 1965. DM 38.

Ut titulus indicat liber de habitu et gestibus humani corporis in arte graeca agit, qui quidem parum adhuc pertractati erant. Ars classica Graecorum, ut opinatur auctor, pulcherrimas artis formas invenit quae multum apud postclassicam, hellenisticam et posteriorum aetatum artem valuerunt. G. Neuman librum qui leget museum, vel dicam plurima musea, lustrare, magistro sapienti duce, sibi videbitur. Sed auctorem gestus vitae cotidianaee intelligit, tum gestus qui ad religionem pertinent, tum deorum dearumque gestus qui omnes ex voluntate procedunt. Habitum vero eos intellegimus qui ex animo, etiam cum homo nolit, procedunt quique magis vel minus perdurare possunt. Omnia haec auctor maxima diligentia picturisque non paucis adhibitis pertractat. Ad quod accedit optima charta optimaque typographica dispositio quibus clarissima W. de Gruyter editrix domus librum edendum curavit.

HEILGA VON HEINTZE. — *Das Bildnis der Sappho.* Kupferberg. Mainz und Berlin. 1966. 32 DM.

Sappho una et vera poetria apud veteres scriptores fere habita est; cuius vita inter VII saeculum exiens et VI iniens incidit. Eo vero tempore statuae quibus personae vera imago exprimeretur non conficiebantur, sed mente tantum fingebantur. De his animo conceptis Sapphus imaginibus auctor in libro agit quarum quidem magnus numerus exemplorum ad nos pervenerunt. Has imagines contemplantes de Berenice vel de quadam dea agi scriptores non raro existimaverunt; sed auctor Sapphus imagines esse clare demonstrat. Notandum tandem quam magnifice opus domus editrix nobis ediderit.

LUCK, G. — *Über einige Interjektionen der lateinischen Umgangssprache. Kritische Beiträge zu Plautus und Terenz.* 88 pag. 24 cm. Winter. Heidelberg. 1964. 16 DM.

Em interjectio ut imperativus *eme* syllaba inminutus semper habita est. *Hem* vero et *ehem* quasi sonus quidam inchoatum et confusum per nares sonans. Haec ultimae interjectiones saepe in textibus confunduntur eaeque superiorem etiam ad propriam confusionem duxerunt. Luck iterum *rem* in quaestionem vocat, argumenta recognoscit textusque Plauti et Terentii accuratissime investigat. Ex quibus ita concludit auctor: has interjectiones neque imperativi cuiusdam esse imminutionem neque duos per nares pronuntiatos confusos sonos, sed tres esse interjectiones sono ac sensu unicuique propriis. Ita *hem* eum qui non bene audivit vel audire noluit denuntiat, *em* exclamationem significat quae pronomina et adverbia demonstrativa se-

quitur; *ehem* tandem quoddam *em* est sed vocali longa notatum, quo in dubitationibus utinam cum tempus proferre voluimus. His sententiis fretus auctor medii aevi codicibus ordinem inducere intendit.

TROXLER - KELLER, I. — Die Dichterlandschaft des Horaz. 162 pag. Winter. Heidelberg. 1964. 15 DM.

Ut I. Troxler automat, Horatius quemdam quasi suum locum habet, ceteris hominibus omnino clausum, in quo animi virtutes ipsaque pulchritudo commorarentur. In prima operis parte, in qua I, II et III Carminum libri explicantur, auctrix Horatii *musarum et poetae nemus* in historia litterarum considerat. Et quoniam Horatii poetae magna quidem sentiendi est vis, quo modo ei amoena loca animum commoveant, quo modo vis poetica ubique diffundatur, optime in hac libri parte exponitur magnifica quadam et opulenta Carminum commentatione. In altera operis parte IV libri Carmina considerantur in eaque auctrix Horatium hunc poeticum locum in sua Tiburtina villa constituisse demonstrat.

NICOLAI, W. — *Hesiods Erga. Beobachtungen zum Aufbau*. 213 pag. Winter. Heidelberg. 1964. 26 DM.

Multa his nostris temporibus in Hesiodum commentarii et lucubrations vulgata sunt in quibus hunc Nicolai librum memorare juvat. In eo Hesiodi *Labores* pertranctantur, quos auctor in partes maiores et minores distribuit. In centum quadraginta quattuor primis libri paginis harum partium explicatio distincta continetur. In paginis vero 145-157 quasi conspectum generalem formarum, quae has partes constituunt, inve-

nies. In altera operis parte (pag. 162-185) quibus legibus partes maiores regantur auctor inquirit. In appendicibus tamen varia et utilia de hoc Hesiodi opere investigantur.

J. ASPA.

HJALMAR, F. — *Griechisches Etymologisches Wörterbuch*. Lieferung 17. Carl Winter. Heidelberg. 1966.

In N.^o 194, pag. 90, *Palaestrae Latinae* commentariorum fasciculum 16 hujus egregii operis lectoribus nuntiabamus. Hodie sequentem fasciculum, id est 17, in lucem prodiisse omnes lectores certiores facere voluimus. Is quidem 17 graeci etymologici lexici fasciculus verba a “πόλος” ad “σάρχαρη” includit eaque fuse ac sapienter ab auctore pertractantur.

TAGLIAVINI, C. — *Le origini delle lingue neolatine. Introduzione alla Filologia Romana*. 4.^a ed. XXXIV-601 pag. Ed. Pàtron. Bologna. L. 7000.

Clarus Prof. Universitatis Patavensis Carolus Tagliavini optime de litteris romanis ante hos aliquos annos jam meritus est cum anno 1949 primam editionem sui egregii operis de Originibus linguarum neolatinarum in vulgus edidit. Quam tamen editionem altera anno 1952 et tertia anno 1959 secutae sunt. Hanc tertiam editionem omnino exhaustam formis litterarum fixis anno 1962 necesse fuit imprimere. Tandem anno 1964 nova atque optatissima editio, id est quarta, in lucem apparuit de qua omnes linguarum studiosos viros certiores facere volumus. Materia rerum ipsa fere quae in aliis editionibus est. Itaque de *Philologia romanica*, de *Sedimente linguae praeromanae*, de *Finibus linguisticis Romaniae*, de *Ser-*

mone latino, de Linguis et Dialectis neolatinis, de Lingua litteraria aliisque non paucis fuse atque eruditore agit auctor. Sed hanc in melius mutavit editionem, in his quae ad bibliographiam spectant praecipue, ut nostra ferunt tempora et plurimae quae his postremis annis vulgatae sunt de his rebus elucubraciones. Ex his omnibus fieri speramus ut haec nova Prof. C. Tagliavini operis editio his qui litterarum et linguarum studio operam dant, gratissima atque utilissima sit.

BIANCHERI, A. — *Les Sociétés humaines, exemples de leur organisation.* 20 × 27,5 cm. 368 pag. fere 2000 piet. Larousse. Paris, 1966. 57 F.

Apud omnes litterarum studiosos viros notum est quam saepissime quaque diligentia domus editrix "Larousse" libros et lexica edat qui ad omnes fere disciplinas et scientias spectant. Et quidem in nova Collectione scientiis vulgandis "Pour connaître" appellanda, optimum ac magnificum volumen apparuit in quo de scientiis, inventis, doctrinis totaque constitutione societatis humanae elegantissime ac scienter agitur. A. Biancheri in suo opere quid sit homo quidque velit quasi adumbrare videtur. Ad quod diversas mundi societas tum veteres tum nostrae aetatis lectoris oculis vivide proponit, cuius lectoris animum plene sibi devincit. 17 capitibus omnia, ad hominis vitam et publicam et privatam pertinentia, multa venustate atque elegantia exponuntur. Quae venustas atque elegantia maxime fiunt in plurimis picturis se ligendis atque collocandis quae toto libro distribuuntur.

CATALANO, P. — *Linee del sistema sovrannazionale romano,* I. 308 pag. G. Giappichelli Ed. Torino. 1965. L. 3600.

P. Catalano optimum volumen de jure augurali jam anno 1960 in vulgus ediderat. Nunc alterum volumen lectoribus praebet quod tum historicis tum philologis viris, ut credimus, magno usui erit. Quando primum unius Italiae consilium in mente hominum exstiterit aperire vult auctor. Itaque Pontificem ex paeninsula exire non posse, neque deos non italicos intra pomerium admitti, neque alias terras agro romano adjungi ipse animadvertis. Quae ad historiam socialem urbis Romae spectant fuse pertractat, quam ob rem jus fetiale in quaestionem vocat et Mommsen sententiam de foedere populi romani cum aliis populis omnino rejicit. Quid *hostis* significet, quae differentia inter *jus Quiritium* et *jus non Romanorum* intercedat, *connubium*, *commercium*, *statum civitatis*, *foedera* aliaque multa vir clarissimus P. Catalano agitat.

LINDSAY, W. M. — *The latin Language:* an historical account of Latin sounds, stems, and flexions, XXVIII-659 pag. Hafner Publishing. New York. \$ 12, 75.

Inde a praestantissimo Crossens opere fere nullus adhuc exstitit liber quo lingua latina plene, diligenter et considerate, ut ratio Philologiae quae comparata dicitur exigit, investigaretur, librum dicam quo declinationes et conjugationes, quo modo diversae sermcnis partes constituantur, et vocum prolationes atque orthographia mutantur, nobis indicaretur. Et tamen nullus infitias

ibit inde a Crossens temporibus nostram de his rebus notitiam mirum in modum creuisse. In hoc libro auctor aliquas aggreditur quaestiones quarum unaquaeque totum opus aliorum sapientium virorum sibi meruerunt. Ut in indice lector videre potest, opus omnes Grammaticae Latinae partes complectitur easque ut est ratio et modus hodiernae philologiae, quae linguas diversas inter se comparat, explicare intendit. Rerum expositio probatissima quidem est, quo fit ut opus omnibus linguae latinae studiosis viris utilissima sit. Omnes praecipuae quaestiones in eo erudite pertractatas invenies. Sed unum in hoc optimo volumine desideramus: indicem quo plurima de hac re bibliographia legentis oculis proponatur.

MEILLET, A. — *Esquisse d'une Histoire de la Langue latine. Bibliographie établie par J. Perrot.* XIV-295 pag. Editions Klincksieck. París, 1966. 30 F.

Omnis omnino studiosi litterarum viri norunt qua cura et diligentia clarissima Editrix domus Klincksieck libros optimos quibus de linguarum et litterarum classicarum studiis agitur semper arripuerit edendos. Nihil ergo mirum hoc celeberrimum A. Meillet opus, iam antea a Domu Hachette editum, nunc denuo a Domo Klincksieck vulgatum esse. Et opus quidem non in paucis ab auctore in melius inutatum est, in quo, ut omnibus notum, undecim capitibus omnia ea, quae linguae latinae historiae quasi fundamenta constituunt, pervestigantur. Hoc etiam in hac editione notandum, id est longus atque optimus de re linguistica, grammatical et litteraria index bibliographicus

quem clarus Professor J. Perrot accuratissime se legit et volumini adjicit. Hoc optimum Domus editricis Klincksieck opus lectoribus vehementissime commendamus, alia quae in posterum nuntiemus ad nos cleventura sperantes.

J. ASPA.

GARDNER, W. - DARLING, C. — *A Latin Grammar.* 416 pag. University of Alabama Press. 1966. \$ 4'95.

Clarus Proefessor Kemp Malone hanc Latinani Grammaticam "lucidam, efficacem et claram" censuit. Et forte alumni americani omnesque grammatical doctrina minus imbuti, auxilium optimum in ea invinient; auctores enim difficultates minime neglegunt quas alumni anglicae linguae offendere solent cum studium linguae latinae aggrediuntur. Hujus operis finis primus optimus esse in scholis liber textus videtur, quo, ubi primum alumni solida linguae latinae fundamenta jecerint in alia difficiora investiganda incunbere possint. Hanc Grammaticam percurrendo alumnus, ut credimus, latine cogitare et legere et scribere, immo difficiili loqui Latii sermone discet. Non minus novitas, interdum ab auctribus usurpata, alumnorum animum primo forie turbabit, tamen simul atque aliquantulum in ea edocti erunt, ejus utilitatem intellegent; nam auctores non linguam mortuam sermonem latinum consideraverunt, sed vivam quae in dies mutatur et accrescit.

BLASIUS BELTRÁN, C. M. F.

SCARPAT, G. — *La Lettera 65 de Seneca.* 291 pag. Pairelia Ed. Brescia. 1965 L. 3000.

Opus G. Scarpat non parum qui-

dem conseruit studii et operae ad Senecam interpretandum. Multos enim locos auctor fuse illustrat. Ita, cum de *causa* agit, ad Aristotelem, ad Platonem, ad ipsum Senecam, ad divum Augustinum, ad Philonem recurrit. De *Deo et Hyle* Scarpato varios locos inquirit et tandem Senecae sententiam non claram esse concludit, nam dum in libro *De vita beata* Deus et mundus idem esse videntur in epistola 65 ad dualisticam sententiam inclinatur. De nece voluntaria haec fere auctor habet postquam variis Philosophi textus inter se comparavit: "Seneca più che consigliare il suicidio, come potrebbe sembrare da qualche frase, raccomanda... di non ricorrere a questo estremo rimedio se non in situazioni che chiaramente lo esigano". De aliis multis auctor investigat, ut de *sapientia*, de animi *passionibus*, cet. Ut uno verbo dicamus, G. Scarpato opus optima de Seneca philosopho elucubratio nobis videtur.

MAZZARO, J. — *Juvenal: Satires*. With an Introduction and Notes by R. E. Braun 236 pag. The Univ. of Michigan Press. Ann Arbor. 1965. \$ 5.

Saeculo I nostrae aetatis exeunte Juvenalis sua satirica carmina Romae scribebat, quo tempore luxus, interperantia et pessimi mores omnia in Urbe pervadebant. Contra haec omnia mala poeta noster vehementissime suis versibus arguebat. M. J. Mazzaro optime Juvenalis versus converxit nervoso quodam impetu, romani scriptoris proprio, qui suo tamen tempore aequalibus non placuerat.

J. ASPA.

BEVAN, E. R. — *The House of Seleucus*. 2 vol. XII-330 et VIII-333 pag. Barnes & Noble, Inc. New York. 1966. \$ 15.

Hanc primam editionem in Statibus Americae Foederatis vulgavit E. R. Bevan de Seleuci domo regnatrice. In praefatione auctor omnia illa, quae de Seleuci progenie scripta sunt, paucis absolvit; idemque rem adhuc neglectam et, propter notitiarum inopiam difficilem, sibi assumpsit, quo sane aetatis antiquae non breve tempus maxime illustratur. In primo capite, quam hellenistica aetas Orientem affecerit, aperit. Graecorum litterae et doctrinae magnam in alios populos pervadendi vim secum portabant; multis tamen in locis, aliis devenientibus litteris et doctrinis, illae primae delebantur, quod quidem totum contra in Seleucorum imperio fuit. Illi enim Hellenismum in Asia servaverunt et foverunt. Haec duo volumina, quae ad manus habemus, Asiae Minoris historiam inde ab Alexandro M. mortuo ad imperium romanum complectuntur. Auctor Seleucorum imperii originem, fines in dies crescentes et ruinam optimè investigat. Alium subito in Asia imperium procumbit, aliud, quasi nova mente praeditum graecisque imbutum doctrinis, surgit. Ut videlicet optimum librum nuntiamus in quo praeterea ejus temporis et numeros et geographicas chartas depicta invenies.

RIST, J. — *Eros and Psyche: Studies in Plato, Plotinus, and Origen*. XI-238 pag. University of Toronto Press. \$ 6.95.

Auctor in hoc libro Platonis philosophicas sententias in unum reduci non posse demonstrat, quia saepe

non eadem docet etiam de his quae praecipua habentur. Ita de Deo, de amoris natura, de probae vitae fine Platonis sententia tum tantum in unum coalesceret cum aliqua ab omnibus admissa principia defendit: ultra sensuum perceptionem aliqua vere inveniri, animum aliquo modo immortalem esse. Ideo Plato perfectorum de aliqua re operum auctor haberi non posse. Ita de formarum doctrina, de aesthetica, de reipublicae moderatione, cet. agit. Et tamen aliqui qui sequuntur scriptores —Plotinus et Origenes— sic eum existimare videntur. Haec J. Rist dissertatio multum ad Plotini opera intellegenda nos adjuvat eaque Originem illuminat, nam quantum Plotinus et Origenes a Platonicis operibus desumpserint declarat. Hoc volumen, quod claritate, dicendi vehementia et magna disserendi scientia redactum est, non tantum studiosis Theologiae viris, qui Platonis sententias et doctrinas christianorum conferunt usui erit, sed omnibus iis qui graeci philosophi sententias in doctrina occidentalii et christiana influxum habuisse neverunt.

BLASIUS BELTRÁN, C. M. F.

GLEASON, R. W. — *Qu'est-ce que la grâce?* Traduit de l'américain par Jean-Pierre Bertho. 268 pag. Casterman. Tournai. 1965.

R. W. Gleason sacrae theologiae in Fordham Universitate Professor est. Ejus tamen libri in varios Europae sermones, ut in germanicum, in italicum, in hispanicum, in lusitanum, cet. jam diu conversi sunt. Qui quidem libri prosperos exitus apud omnes gentes jam consecuti sunt. In eo qui nunc lectori proponimus de his quae praecipue hominem ad Deum referunt clare ac presso agit auctor, id est de vitae Dei

opulentia cum hominibus participata, quam vere Dei commorationem apud homines nominamus. Hunc librum qui leget, quare miserabilissimum hominis casum in gratia Dei amittenda ponamus, omnino animo percipiet.

GONZÁLEZ, A. Pbro. — *Los salmos: introducción, versión y comentarios.* 14,4 × 22,2 cm. 729 pag. Herder. Barcelona. 1966. 420-480 pesetas.

Jam ipsa domus editrix Herder quamdam Patris González Psalmorum in hispanicum conversionem aliquos abhinc menses edidit. In editione vero quae nobis hodie Bibliotheca Herder tradit unumquemque psalmum longi praecedunt commentarii in quibus quid continet, quae sit ejus forma quodque genus litterarum indicatur. Uniuscujusque praeterea psalni sensus et doctrina perfecte ab auctore explicantur quippe qui solidam rerum orientalium et biblicarum scientiam jam assecutus est. Quin etiam poetica vis quae in psalmis continetur, optime in versione Patris González apparet, immo eleganti qua exprimitur sermonis simplicitate major evadit. P. González sacrae theologiae titulo ab Universitate Salmanticensi donatus est, sacrae vero Scripturae a Pontificio Instituto Biblico cuius sedes Romae est. In Instituto tandem Catholico Parisiorum doctoris laurea cumulatus, in urbe Jerusalem decem abhinc annos ad biblica studia plene incumbit.

BERENICE TRACHTA, M. — *La Catquesis hoy.* 244 pag. Herder. Barcelona. 1965. 110 pts.

Liber quem nunc lectoribus offerimus superius opus ejusdem M.

Berenice complet atque in melius vertit, quod ad usum Religionis magistrorum, tum hominum tum mulierum, Confraternitatis Doctrinae Christianae Sancti Antonii in urbe Texis primo scriptum est. Nam Catechesis nostris temporibus impensam operam requirit ad omnia christiana religionis elementa in unum colligenda. Liber is Religionis magistros recte in suo munere instruere intendit. Ipso legendo eoque utendo rationem illi invenient principia adhibendi ad futuros apostolos instituendos. Catechesis Kerygmatica minime in libro neglegitur quae quidem Sacram Scripturam atque Ecclesiae Liturgiam tanquam fundamentum habet.

HOFINGER, J. — *Impartiendo el mensaje cristiano*. 180 pag. Herder. Barcelona. 1965. 90 ptas.

Opportune his nostris temporibus magnum momentum christiana religionis institutio assecuta est. Etiam laici viri ad institutionis, quem dicunt, apostolatum comiter se convertunt. Hic alter de catechetica re liber quasi dux esse vult eorum qui doctrinam christianam aliis tradunt. Et, cum hodierna catechesis in tradendo Salutis nuntium praecipue consistat, novae artes novaeque rationes requiruntur. Hoc tandem velim advertas, volumen quasi excerptum egregii operis P. Hofinger esse cui titulus: *Ars doctrinam christianam tradendi*.

RAHNER, K. — *El año litúrgico: meditaciones breves*. 143 pag. Herder. Barcelona. 196.

Hic Patris Rahner liber, etsi brevis, magnopere tamen animum commovet atque mentem occupat. In

ipso mundi dolorum conspectus hominisque calamitatum mire cum suavissima laetitia conjungitur ex fide provenienti. Hoc tamen praecipue per totum librum elucet: Christi nuntium primum in vita christiana habere locum. Hoc per omnes uniusejusque anni liturgici temporis explicaciones clarum semper appetat.

SEEL, O. — *Sallusts Briefe und die pseudosallustische Invective*. IX-99 pag. Verlag Hans Carl. Nürnberg. 1966. 19'50 DM.

Clarissimus vir O. Seel jam diu *Palacstrae* lectoribus notus est; non enim raro ejus doctissima opera in nostris commentariis recensentur et nuntiantur. Nunc auctor de Sallustii *Epistulis* et *Invectivis* miram lucubrationem edidit cuius libenter nuntium omnibus Sallustii studiosis viris praebemus. Duodeviginti capitibus, quae sex et nonaginta paginis continentur, de rebus multis eisque maximis, quae Sallustii *Epistulas* et *Invectivas* attingunt, docte ac sapienter disputat. Ejus libri aliquos titulos afferre juvat: 1. Echtheit und Datierung. 3. Hypothesen und methodische Kunstgriffe. 4. Differenzierende oder einheitliche Beurteilung? 5. Sprachentwicklung als Beweismittel. 8. Kunstreprosa? 11. Sallust "Philosophie". 12. Verzweiflung und Romglaube. 18. Versuch einer Bilanz. In extremo libro nominum indicem invenies.

SHERWIN - WHITE. — *The letters of Pliny: a historical and social Commentary*. XV-808 pag. Clarendon Press: Oxford University Press. 105 s.

Nihil dubium quin Plinii litterae, tum quae ad vitam privatam tum

quae ad publicam spectant, multum ad historiam civilem et politicam eorum Principatus temporum cognoscendam valeant. Harum quidem litterarum non paucae, parva in corpora conjunctae, quasi seorsim, a diversis auctoribus recognitae sunt; sed inde a XVIII saeculo nulli apparuerunt commentarii omnium in unum conjunctarum Plinii litterarum. Et tamen novae in annos inventae inscriptiones earum chronologiam et materiam illustrare possunt. Hoc optimo ac magnifico Sherwin - White volumine uniuscujusque epistulae qui fuerit socialis, politicus, legalis et litterarius contextus explicare intenditur, in eoque hujus temporis auctorum de hac re sententiae versantur. Grammaticae vero et Philologiae quaestiones tunc tantum considerantur cum ad totius sensum interpretandum necessariae evadunt. In primis operis capitibus omnia quae ad compositionem, distributionem et chronologiam litterarum spectant auctor investigat, qui et qualis fuerit Plinii honorum cursus declarat. Altera vero libri pars, qua Plinii cum Trajano totum epistulare commercium investigatur, omnibus quae antea de re scripta erant, facile antecellit. Maxima ergo tribuatur Domui Editrici Universitatis Oxoniensis laus quae pretiosum librum tam eleganter tamque perfecte exaratum in vulgus edidit.

LEEMAN, A. D. — *A systematical Bibliography of Sallust* (1879-1964). XII - 109 pag. E. J. Brill. Lugduni Batavorum. 1965. Gld. 20.

Hoc prae primis liber intendit, studiosi Sallustii viri quasi ducem esse in magna operum multitudine adhibenda quae hunc auctorem Romanum spectant. In diversis operis partibus auctor temporis ordinem

servat. Quoad fieri potest unumquemque titulum breves notulae vel rerum recensiones subsequuntur. Sed, ut par est, aliqui tituli in diversis locis recensentur, quo unaquaeque libri pars quasi historiam totius rei effert. Itaque A. D. Leeman opus totam Sallustii bibliographiam inde ab anno 1879 ad annum 1964 vulgatam complectitur. Gratias quamplurimas tum auctori tum Domui Editrici E. J. Brill ex hoc pretioso volume habemus.

FLORY, J. — *Sencillos consejos para estudiar*. 183 pag. Studium. Madrid.

Omnes fere auctores qui de hac re egerunt Universitatum alumnos tantum respexerunt. J. Flory, vero de alumnis mediae, quae dicitur, institutionis praecipue in suo libro cogitat. Multis quidem alumnis res non prospere in studiis succedunt quia consilia opportuna defuerunt. In hoc libro optima consilia juvenes invenient quibus facilius mune-re studendi fungi poterunt.

SUÁREZ, G. — *La Religiosa en Ejercicios*. 453 pag. Studium. Madrid.

Non paucae sunt Monialium Communitates quae unoquoque anno per octo saltem dies Exercitiis Spirituallis operam dant. In hoc Patris G. Suárez volumine *Meditationes* inveniri poterunt quae illis diebus utiliter mentem occupabunt. Neque tantum ipsae Moniales sese exercitantes, sed etiam illi qui Verbum Dei praedicant optimam rem et materiam in hoc libro invenient. Libri genus dicendi Monialium psychologicas facultates non neglegit, Sanctum Ignatium in exponendo seguitur et Evangelii pracepta tanquam fundamentum habet.

B I B L I O G R A P H I A

MINISTERIO DE EDUCACIÓN NACIONAL.

Didáctica de las Lenguas Clásicas (Estudios monográficos). 279 pag. Dirección General de Enseñanza Media. Madrid. 1966.

Illis sane qui litteris classicis graecis et iomanis operam dant librum utilissimum nuntiamus. Ex indice generali, quem inferius apponimus, quam multa et optima in eo contineantur lector judicabit:

L. Gil: Humanismo y humanismos. F. Vizoso: El Humanismo, los humanismos y los saberes positivos. M. Dolç: Teoría y práctica de la traducción. M. Marín P.: Sobre la elección de textos latinos en la Enseñanza Media. J. Jiménez D.: La lectura cursiva de autores. E. Martíno: El comenatrio de textos (estilístico, estético, histórico, de "realia"). J. Alsina: La enseñanza de las Lenguas clásicas en el Curso Preuniversitario. F. R. Adrados: Los medios auxiliares de la enseñanza del griego y del latín. S. Agud Q.: Los Seminarios Didácticos y la Enseñanza Media. E. Valentí F.: Los exámenes de latín en el Bachillerato. M. Rabanal A.: La lingüística como medio auxiliar de la lectura de autores dialectales griegos en la Enseñanza Media. J. S. Lasso de la V.: La lectura de textos filosóficos en la clase de griego. J. M. Mir: El latín vivo. J. Jiménez D.: El latín vivo y su repercusión en la enseñanza. M. F. Galiano: Sobre las oposiciones a cátedras de institutos de lengua griega.

MOSQUERO, M. — *Homiñas comentadas y predicadas*. 278 pag. Studium. Madrid.

Omnibus omnino temporibus Veibum Dei hominibus nuntiare necessarium tuit; quo vero officio fungi Parochi praecipue tenentur. Maxima ergo laetitia hos libros accipimus in quibus ipsae ad populum contiones paratae et quasi explicatae praebentur. In hoc libro Jesu Christi Evangelium clare magnaque simplicitate exponitur.

LAUER, A. — *El alma de la vida religiosa*. 90 pag. Studium. Madrid.

Optimus quidem libellus in quo de his, quae in vita religiosa praecipua sunt, sapienter agitur. Multum animis, ut credimus, quae Pater Lauer in suo libro cogitat et explicat proderunt.

WIRTZ, H. — *Misterio y Realidad del Matrimonio*. 250 pag. Studium Madrid.

Hic liber illis tantum destinatur qui matrimonio jam sese conjunxit vel eis qui proxime sunt coniuncturi. Nam ea omnia in quibus juvenes sponsi instrui debent auctor plane et aperte pertractat. Non pauci equidem juvenes, tum viri tum mulieres, multa ad sexum pertinencia sciunt, non ea tamen quae, ut boni sint sponsi et parentes, necessaria ipsis sunt. His omnibus, ut credimus, utilissimus liber erit.

J. ASPA.

LIBRI QUI INSCRIBUNTUR "TEXTOS PALAESTRA"
venales prostant apud officinam librariam EDITORIAL CLARET
LAURIA, 5 BARCELONA (10)

JIMÉNEZ, Grammatica Latina	ptis.	60
" Repetitorium	"	60
" De Orthographia latina (altera editio)	"	20
" Index Orthographicus	"	5
PLANQUE-PLANAS, Gramática Griega (altera editio)	"	90
"TEXTUS" ANNOTATIONIBUS PRAEDITI		
JIMÉNEZ, Historiae Sacrae compendium (5 edit.)	ptis.	10
" Epitome Historiae Graecae (6 edit.)	"	12
* RAMOS, Cornelii Nepotis Vitae	"	10
* MIR, Ciceronis epistulae selectae (2 edit.)	"	12
* JIMÉNEZ, Ciceronis pro Archia poëta (2 edit.)	"	10
" Ciceronis in Catilinam (2 edit.)	"	10
" Caesaris, De bello civili	"	10
RAMOS, Ciceronis pro Q. Ligario oratio	"	10
MARTIJA, Vergili Aeneidos (lib. II, 2 edit.)	"	12
MARTIJA, Prudenti Carmina selecta (2 edit.)	"	10
SARMIENTO, Martialis Epigrammata	"	8
* ZULOAGA, Horati Carmina Selecta	"	12
RUIZ, Homeri Odyssea (lib. I)	"	14
RAMOS, Xenophontis Anabasis	"	12

Fundació Bernat Metge

SCRIPTORIUM CLASSICORUM BIBLIOTHECA CATALAUNICA

Veterum Graecorum et Romanorum textuum editiones brevi apparatu critico instructae, necnon praefationibus notisque translationem catalaunicam ex adverso adjectam illustrantibus. Volumina nuper emissar;

- 159 Eurípides - Tragèdies (vol. I). Alcestis
160 Ovidi - Tristes (vol. II). Llibres III-V
161 Lluç i - Obres (vol. I)
162 Suetoni - Vides dels dotze Cèsars (vol. I)

Subnotationes mittantur ad:

EDITORIAL ALPHA, S. A.

Vía Layetana, 30 - BARCELONA